VITT. EMANUELE

NALE
3
A
22
VITT. EMANUELE

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

26 2 6
C D
47 14
13-3
20.5.40

Digitized by Google

Digitized by Google

DE IVRE, ET IVSTITIA TYROCINIVM

Extemporaneum Opus

PETRI ACCOLTI PATRICII
ARET. ET FLOR.
Ac Piſ.
Iuris Canonici Prof. Ord.

Bibliot. Coll. Soc. Iesu Romani

SOLEM [illegible] IORUM SUUS SUA SIDERA

FLORENTIAE,

Ex Typis Petri Cecconcellij. 1620.
Superiorum Permiſſu.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

PETRVS CECCONCELLIVS TYPOGRAPHVS STVDIOSAE LEGVM IVVENTVTI.

EA noſtri muneris eſt conditio, vt publicæ ſtudioſorum vtilitati enixo animo conſulamus; honeſtior vero maxime iudicatur, dum eorum opera typis ædimus, qui tantum in ijs communicandis deficiunt, quantùm re ipſa iuuare ſtuduerunt. Quare, cum Iuris Tyrocinium opus licet extemporaneum, à Petro Accolio publico iuris profeſſore confectum, nobis fuerit præmanibus perſpectùmque ſit, illud; vt valde proficuum, ab Iuris ſtudioſis deſiderari, & veſtrum cauſa, & grauiorum hominum ſuaſi conſilio, typis noſtris illud impreſſimus; grato id animo accipite, & aucthorem Apellis inſtar, ex breui licet, ac ſubſtili linea ad maiora opera eius non diſſimilem iudicate.

PERILLVSTRI D. IOANNI A SVMMAIA.

PATRITIO FLORENTINO.

Clariſſimis Parentibus Orto,

Optimę Indolis Adoleſcenti.

Acerrimo ingenio, ac ſenili prudentia,

Virtutum omnium, ac liberalium

Artium, quibus

REVERENDISS. D. HIERONYMVS

Patruus Summus Piſani Studij Curator

Vigilantiſſimus nitet.

AMATORI, AC IMITATORI

PETRVS ACCOLTVS PATRITIVS

ARET., ET FLO.

IN PISANO GYMNASIO

Iuris Canonici Ordinar. Profeſſor

Hunc pro Tyronibus Commentariolum

AD IVRIS, ET IVSTITIAE cognitionem

Obſequentiſſimus.

Vt in veteri formula; L. M. D. D.

IN

IN DEDICATIONEM DISTICON.

IPſum opus egregium Scriptor doctiſſimus artis,
Eximius Iuuenis, quam bene iuncta trias!

Thomas Dempſterus I. C.
Scotus Piſis Pandectarum
Ordinis Profeſſor.

Digitized by Google

Excellentiſs.mo D. PETRO ACCOLTO I. C.

Argumentum in eius Tyrocinium.

IVRA Deo dictante refers, mortalibus ægris.
Tradita, Iura hominum legibus aucta refers
Hiſtoriam legum texis, Iuriſq; Peritos:
Enumerans, legum tempora quæq; notas.
Quid IVSTVM, rectumq; homini, quid moribus obſit,
Quid procul à recto tramite Iuris eat.
An Pater es Iuris, legumq; ? An filius? à quo.
Iura velut Iugit fonte perenne fluunt.

Iulius Cęſar Bulengerus
Humanarum lit. Prof.

Digitized by Google

Vt parua in tabula ſpirantia cernimus ora,
Sideraq; in picto clara nitere polo:
Sic cum tu Themidis longeuę oracula pandis,
Iuraq; ab ęterno fonte ſacrata petis;
Diſcimus exiguo Diuina recludere libro,
Et Themidis ſacro paſcimur eloquio.

Petrus Bulengerus Gallus
Iulij Caſaris Nepos.

Excellentiſs.mo D. PETRO ACCOLTO I.C. in eius de Iure, & Iuſtitia Tyrocinium.

HActenus Antiquę, numeroſa volumina, leges
Obſcurę, tenebris, & latuere diu.
Nec multa interpres farragine lucis honorę,
Dat radios, remanet noctis opaca quies.
Scilicet in medio Ius quęrere IVRE Iuuentas.
Cogitur, & ſtudijs non fauet ægra ſuis
Has doctus Nubes tenebrarum ACCOLTVS abegit
Perfacili atterens omnia IVRA ſtylo.
Quod ſacri Canones, quod Iuſtinianus habebat.

Hoc

Hoc vnum modico margine claudit opus.
I nunc faſtoſas biblos contenne Iuuentus,
Multorq; inſtar iſte libellus eat.

Thomas Dempſterus
I. C. Scotus.

Infudit crudele DRACO per Iura venenum,
At ſcripto ACCOLTVS mellea IVRA facit.

Idem.

SVM-

SVMMA CAPITVM, QVAE IN HOC OPVSCVLO CONTINENTVR.

IN COMMENTARIVM DE IVRE.

DE Iure in Communi cap. 1.
De Iure Diuino in Cõi. c. 2.
De Iure Diuino Naturali c. 3.
De Iure Diuino Poſitiuo c. 4.
De Iure Humano in Cõi c. 5.
De Iure Gentium cap. 6.
De Iure Ciuili in Communi cap. 7.
De Iure Publico cap. 8.
De Iure Priuato cap. 9.
De Iure Humano quomodo à Iure Naturali deducatur. cap. 10.
De Legibus Vernaculis cap. 11.
De Legibus Aduentitijs cap. 12.
De Iure non ſcripto i. Conſuetudine cap. 13.
De Iure ſcripto cap. 14.
De origine Romani Iuris cap. 15.

De

De Manu Regia cap. 16.
De Legibus Curiatis cap. 17.
De Comitijs Curiatis cap. 18.
De Iure Papiriano cap. 19.
De Senatoribus cap. 20.
De Patricijs cap. 21.
De Conſulibus, & eorum officio cap. 22.
De tribunis Plebis, eorum Munere, & Poteſtate cap. 23.
De Plebiſcitis cap. 24.
De Decem Viris, & eorum poteſtate cap. 25.
De Lege 12. tabularum cap. 26.
De Decem Virali Authoritate, ob ſtuprũ Appij Claudij abdicata cap. 27.
De Lege Horatia, & Valeria cap. 28.
De Lege Publilia cap. 29.
De Lege Hortenſia cap. 30.
De Legis, & Plebiſciſti Diſcrimine cap. 31.
De Legibus Conſularibus, & Tribunitijs cap. 32.
De Senatuſconſultis cap. 33.
De Prætoribus, vrbano, & Peregrino, & eorum Munere, & Poteſtate cap. 34.
De Edictis Prætorum cap. 35.
De Iure Prætorio cap. 36.
De Edicto Translatitio cap. 37.
De Iure Honorario cap. 38.


De Edicto perpetuo cap. 39.
De Aedilibus Curulibus, & eorum Munere cap. 40.
De Lege Regia cap. 41.
De Principum Conſtitutionibus cap. 42.
De Legum Interpretendarum Poteſtate cap. 43.
De Publicis Iuris Ciuilis Profeſſoribus cap. 44.
De Authoritate reſpondendi de Iure cap. 45.
De Reſponſis Prudentum cap. 46.
De Diuerſa Sabinianorum, & Proculeianorum Secta cap. 47.
De Pandectarum, Codicis, Authenticarum, & inſtitutionum Compilatione c. 48.
De Fine, & obiecto Rom. Iuris cap. 49.
De Cauſa efficiente Rom. Iuris cap. 50.
De Subiecto Romani Iuris cap. 51.
De Forma Romani Iuris cap. 52.

COM-

CEV lymphas cryſtalla decent, ſic limpida puro
Iura ſub eloquio docta papyrus habet.
Iam Tiro cape dona, tuis quæ debita labris;
Si meliora petis, quippe minora petis.
Ebibe, ſic terges animum, qui dona remittat:
Papinianæo germine fœnus erit.

Alexander Puccinus.

COM-



Digitized by Google

- Ius Cap. 1.
  - Diuinum Cap. 2.
    - Inditum Natura Cap. 3.
      - Rebus omnibus.
      - Hominibus
        - Commune
        - Propriũ,
    - Poſitum Hominibus à Deo. Cap. 4.
      - Per Moſem in teſtamento v
      - Per Chriſtum in Euangelio.
  - Humanũ Cap. 5.
    - Commune omnium Gentium Cap. 6.
    - Proprium alicuius ciuitatis, vel Populi Cap. 7.
      - Publicum Cap. 8.
      - Priuatum Cap. 9.
        - Vtrumque à Iure Naturali deducitur. Cap. 10.

Digitized by Google

cum Brutis.

& peculiare.

eteri.

Per Concluſiones ex principijs.

Per Determinationes communiũ ad certam ſpeciem.

- Proprias, & vernaculas. Cap. 11.
  - Moribus, vt Conſuetudo. Cap. 13.
- Exteras, & Aduentitias Cap. 12.
  - Scriptura Romæ edita p. Cap. 14.
    - Populum, vt Lex Cap. 17. 22.
    - Plebem, vt Plebiſcitum. Cap. 19. 20.
    - Senatum, vt Sen. Conſultum. Cap. 27.
    - Magiſtratus, vt Prætorũ Edicta. Cap. 28. ad 29.
    - Imperatores, vt Principium Placita. Cap. 35.
    - Iuris peritos, vt Reſp. Prud. Cap. 36.

Digitized by Google

COMMENTARIVS

CAP. I. De Iure in communi.

AD TIT. INSTIT.

DE IVRE NAT. GENT. ET CIVILI.

IVri operam daturum prius noſſe oportet,

Vnde nomen Iuris deſcendat.A

Ius autem dictum eſt à Iuſſu.B quaſi Iuſſum contineat.

Iuris ſinonyma

Sunt Lex, Conſtitutio, Statutũ, Sanctio, Præceptum, Iuſſus, ordinatio, & id genus alia, per quæ verba idem ferè ſignificatur, & aliquo modo oſtenditur

A. l. 1. in pr. ff. de Iuſtit. & Iure.

B. Rod. Agric. lib. 1. de inuent. dial. Connan. lib. 1. com. Iur. Ciu. cap. 2. num. 4. Et Donell. lib. 1. commẽt. de Iure Ciu. ca-

pit. 4. in princ. & lib. 2. c. 1. col. 2. verſ. deniq; & VVeſtbec. in ſuis Parattilis ad tit. de Iuſt. & Iure. n14 C. D. Th. 1.2. q. 91. art. 1. ad 3.

Quid ſit Ius in Communi ſumptum.

Ius enim *eſt ordinatio quædam dirigens ad bonum.* C. ſicut autem in vniuerſo Duo ſunt potiſſimũ agentia libera, quæ ordinationem aliquam efficere poſſunt, Deus, & homo; Ita a cauſa efficiente facile innoteſcit ordinationem hanc duplicem eſſe, ac proindè etiam

Ius Duplex.

Diuinum, &

Humanum. D.

Dic. omnes leges p. dict. D. Thom. 1.2. q. 91. per ſingulos artic.

Ius Diuinum quid ſit

In hunc planè modum demõſtratur. *Ius Diuinum eſt Diuinæ rationis ad Bonum ordinatio. &c.*

CAP. II. De Iure Diuino in Communi.

Duplex eſt,

Aliud vnicuiq; rei ab exordio Creationis inditum natura.

Aliud hominibus tantùm in tempore poſitum a Deo.

Ius

Ius Diuinum vnicuiq; rei inditum Natura,

CAP. III. De Iure Diuino Naturali.

Quod ideò Naturale appellatur, *eſt Diuinæ rationis ordinatio, rebus omnibus in earum creatione indita, ad vniuerſi perfectionem, & conſeruationem:* Hinc Sciẽtiarum ferè omnium; pro iſtius Iuris cognitione, diuerſis rebus naturà inſiti, emanat origo; Nam Spirituum,ac Intelligentiarum naturæ inueſtigatio Metaphyſicam gignit: orbium, & Aſtrorũ perſcrutatio Aſtronomiã parat: Elementorum, ac aliarum rerum proprietatis indagatio naturalem Philoſophiam inducit: Et eiuſdem Iuris, quo naturà Homo præditus eſt, cognitio Philoſophiam Moralem ac Iuris prudentiam præſefert.

Et hoc in Homine,vt Miſto quodam ex terrenis, ac cœleſtibus,ex Corpore, & Spiritu.

IVS NATVRALE DVPLEX.

Aliud hominibus cõmune cũ brutis.
Aliud ijſdem proprium.

Ius naturale Commune cum brutis,

Quod à noſtris Ius naturale Primeuũ dicitur.[E] *Eſt Quod Natura omnia animalia docuit*, vel, vt apertius dicatur, *eſt Naturalis rerum animatarum Inſtinctus, ad ſui ipſius conſeruationem, ſuæque ſpeciei propagationem*.[F]

Effectus.

Iſtius Iuris ſunt,

Cibum, & Potum; Motum, & Quietem appetere; Se ipſum ab iniurijs, & à cunctis, quæ lædere poſſint, tueri, Maris, & Fœminæ coniunctio, filiorum procreatio & Educatio.[G]

IVS NATVRALE Hominibus Propriũ quod à noſtris Ius Naturale Secundarium appellatur, vel etiam Gentium Primeuum[H] *Eſt Humanæ rationis dictamen ad Virtutes omnes, ad Bonum, ad Fœlicitatem*[I] Hoc teſte Cicerone[K] vbique, & apud omnes vnum

E §.p. *iuſt. de Iure nat. gent. & Ciuili.*

F *Ariſt. p. politic.*

G *d. §.p. de iure nat. gent. & Ciu.*

H §.2. *ver. quod vero eod. tit.*

I *Ariſt. 5. ethic. cap. 7. in princ.*

K *lib. 3. de Repub.*

vnum eſt, atquè idem ſempiternum [L] & immutabile; [M] Adeo vt aſſeuerari quidem poſſit, certis quibuſdam in caſibus locum non habere: atqui omnino tolli, & abrogari, dicam amplius, vel diſpenſari, ſuprema licet Imperatoris, ſeu Summi Põtificis authoritate nullo pacto poſſe [N]

L *D. Th. 2. q. 61. ar.*
M *§. ſed naturalia hoc tit. l. bona fides ff. dep Plat. lib. 1. polit.*
N *Coua. li. 4. decret par. 2. ca. 6. §. 9. n. 3. & 4.*

Effectus

Huiuſmodi Iuris ſunt

Religio erga Deum, vt in Primã Cauſam, Amor in Parentes, & Patriam.

Obedientia erga Maiores, Magiſtratus, & Principes [O]

Amor Virtutum omnium

Deteſtatio omnium Vitiorum [P]

Fidei inuiolabilis obſeruantia [Q], ac demum Tria illa Præcepta Honeſtè viuere, Alterum non lædere, Ius ſuum vnicuiquè tribuere. [R]

Cum enim vnumquodq; Naturà feratur ad operationem ſibi conueniẽtem, ac propriæ formæ congruam; Propria verò hominis forma ſit Anima rationalis, neceſſariò cuilibet Homini naturalis inerit inclinatio ad ea

O *l. 2. ff. de Iuſt. & Iure, & l. 2. C. de in Ius voc.*
P *l. pen. ff. de Iuſt. & Iure Cic. de leg. lib. 1*
Q *l. p. ff. de pact. l. p. ff. conſtit. pec*
R *§. Iuris præcepta inſt. hoc tit*

quæ ratio ipſa requirit; requirit autem, vt ſecundum virtutem agatur: Ideoque omnes Virtutum Actus ad legem Naturalem pertinere videntur S veluti eorum effectus, ad quæ nos Natura propenſos facit.

S. D. Th. 1. 2. q. 94. art. 3. in cor.

Idcirco ad Ius iſtud vti Hominibus proprium ſpectat moderari præcedentes naturales inſtinctus communes cum brutis, vt Homines non Belluarum more Cibũ, & Potum appetant, nec Maris, & fæminæ cõiunctionem, & quæ multa ſunt alia ad ꝓpagandã, conſeruandamq; ſpeciẽ neceſſaria; ſed eadem cum modo, & honeſtate velint, & exequantur: Veluti ſi vnus homo vnam duntaxat Mulierem coniugem ſibi, ac perpetuam ſociam ſobolis procreandę gratia eligat, adhibeat, atq; retineat; quod Matrimonium appellatur T vel ſi quis illatas repellat iniurias cũ moderamine inculpatæ tutelæ V: Et hęc quo ad Ius Diuinum Hominibus Inditum Naturà.

T. § ꝑ. hoc tit. §. p. de patr. pot.
V. l. vt vim ff. de Iuſt. & Iure.

IVS

IVS DIVINVM HOMINIBVS IN TEMPORE POSITVM A DEO

CAP. IIII. De Iure Diuino Poſitiuo.

Eſt ordinatio diuinitus hominibus poſita, & reuelata eos dirigens ad æternã Beatitudinem; Vnde patet

Neceſſitas huius Diuini Iuris.

Porrò per præcedentem Diuinam ordinationem naſcẽtibus hominibus ingenitam Naturà homo dirigebatur tantum ad finem naturali facultati conſentaneum, vt ſcilicet ageret ſecundum virtutem; atque in hoc ſapientes A naturali ducti lumine poſuerũt hominis beatitudinẽ, quaſi virtus operatrix, vt ſe ipſa cõtẽta poſtremus eſſet, ac vltim.⁹ õniũ actionũ finis

A. *Ariſt. p. Aethic cap. 4. & 7. & ferè per totum & lib. 10. cap. 7. in princ.*

Diſcuſſis autem ab humanis mentibus errorum tenebris, Diuinitus, (nequè enim aliũde tantę rei cognitio haberi poterat) reuelatũ eſt, Hominẽ creatum eſſe ad æternã Beatitudinẽ: Hinc diuinitus lex illi poſita eſt quę illam ad eandem beatitudinem dirigat B, in Veteri quidem teſtamẽto per Moyſem à Deo accepta, & ad Hebræum Populum delata, in Nouo

B. *D. Tho. 1.2. q. 19. art. 4. in corpore.*

autem per Diuina Chriſti Præcepta Mortalibus tradita.

CAP. V. De Iure Humano in comuni.

IVS HVMANVM

Eſt Humanæ rationis ad Bonum ordinatio, & eſt

Duplex

Aliud Commune omnibus gentibus.

Aliud Peculiare alicui Ciuitati, vel Populo C.

C. §. Ius autem Ciuile inſt. hoc tit.

CAP. VI. De Iure Gent.

Ius Cõmune omnibus Gentibus, quod propterea Ius Gentium appellatur, *Eſt ordinatio Singularum Gentium vſu exigente, & humanis neceſſitatibus ad earum oonſeruationem, naturali tatione conſtituta* D, *ex qua tamen vniuersũ conſeruatur Genus Humanum: erunt itaquè,*

D. §. Ius autem gẽt. Inſt. d. tit.

Iuris Gentium Effectus.

Contractus ferè omnes, ſine quibus humana ſocietas, haud ita facilè conſeruari poterat E, vt Permutatio rerum ad inuicem.

E. d. §. ius autẽ gent. & l. ex hoc Iure ff. de Iuſt, & Iure.

Emptio, & venditio, Locatio, & Cõductio, Rerum communio, quæ ſocietas appellatur, & alia huiuſmodi Humanæ ſocietati neceſſaria, vt Bel-

la

ſa, quæ vel inferuntur, vel ſuſtinentur ad res recuperandas, ad iniurias propulſandas, & ad Patriam, ac libertatem ſeruandam: Captiuitates, item, & ſeruitutes, & Improborum hominum correctio, atque punitio capitis etiam obtruncatione, ne Probi ex illorum improbitate lædantur, vel eodem morbo inficiantur, dicente Poeta

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile. ac etiam teſtante Euãgelio,

Modicum fermentum totã Maſsã corrũpere, cum magis è re ſit, vt vnus vel etiam plures moriantur, quàm vt tota Gens pereat.

Ius Peculiare alicui Ciuitati, vel Populo, *CAP. VII. De Iure Ciuili in Communi.*

Quod Ciuile appellatur, *Eſt propria alicuius vniuerſitatis, vel eius, qui in illa principatum obtineat, Ordinatio, ad eiuſdem fælicitatem atque in columitatem.*

Quia verò duobus modis ſeruatur

tur vniuerſitas,vel cũctis,qui in ea cõ tinentur proſpiciendo, vel ſingulis, ex quibus ipſa vniuerſitas conficitur Ideo hoc idẽ Ius Ciuile in duas ſcinditur partes

In Publicum, &

Priuatum.

CAP. VIII De Iure Publico.

PVBLICVM IVS

Eſt illa Ciuitatis ordinatio, quæ ad ſtatum Reipub. pertinet, ac præcipuè eiuſdem conſeruationem reſpicit, mox verò ſingulorum commodum: Repub. enim benè ſe habente, priuati eius ciues quietè, ac beatè viuunt.

Conſiſtit ea potiſſimum in creãdis Magiſtratibus,in præſcribẽdo eorum officio,in legib' rogãdis,&abrogãdis in ſacris faciẽdis, in ſacerdotibus creãdis,in Muneribus iniungendis, inquè alijs, quæ multa quidem ſunt, introducendis, vel immutandis, quæ latiſſimè refert, & explicat Donellus in ſuis commentarijs A.

A. lib. 2. c. 5

CAP. IX. De Iure Priuato.

PRIVATVM IVS

Eſt ciuilis ordinatio ad ſingulorum præcipuè vtilitatem pertinens, deinde etiam

ad

ad optimum vniuerſæ Ciuitatis ſtatum. Si enim Ciues ſinguli incolumitate, & fælicitate fruantur, ipſam quoque Ciuitatem incolumem, ac fælicem eſſe cōſequens erit A. Cùm nihil aliud ſit Ciuitas, quàm ſingulorum Ciuium Collectio B, & de hoc latè Donellus agit C.

A. D. Th. 1.2. q. 90. art. 3. in corp.

B. l. p. ff. quod cuiuſque ūniu. no.

C. lib. 2. ca. 7.

Vtrumq; Ius Humanum tàm Publicum, quàm Priuatum tum ſolum vim legis habet, cum à recto, & à naturali ratione non aberrat: quotieſcumque enim in aliquo à lege naturali ſecedit, iam non Lex, ſed Legis eſt corruptio D;

D. D. Th. p. 2. q. 95. art. 2.

CAP. X. De Iure Humano, quomodo à lege naturali deriuetur.

Ius humanum à Lege Naturali dupliciter deriuatur,

Vel immediatè ſicut concluſiones ex Principijs; Vel intercedente aliqua congrua determinatione, quæ proportionem habeat aliquorum communium ad certam ſpeciem E. Exemplo vtrumque caput facilè declaratur; ſi humano Iure caueatur, fures, ſacrilegos, rebelles eſſe puniendos, hoc deriuatur per modum concluſionis

E. D. Th. p. 2. q. 95. art. 2.

cluſionis ex illo Naturæ principio Nocentes Homines puniendos eſſe, docente enim naturali ratione, fures ſacrilegos, & rebelles noxios eſſe, ſtatim neceſſariò ſequitur concluſio, pœnas illis eſſe infligendas: At ſi humana lege caueatur, prædictos pœna capitis eſſe plectendos, hæc dicitur determinatio quędam illius communis principij ad certam ſupplicij ſpeciem.

Vtraq; igitur in humana lege poſita inueniuntur, ſed ea, quę ſunt primi modi, continentur lege Humana, non tanquam lege ſolùm poſita; ſed habent quoque aliquid vigoris ex lege naturali.

At ea, quæ ſunt ſecundi modi, ex Sola lege humana vigorem capiunt; idcirco illa parum, hæc verò poſitiui Iuris multũ habere dicuntur; Plus tamen, minusùe, ſi plus, vel minus determinationes, quæ fiunt, magis ad naturalem æquitatem, quàm ad rigorem accedant, prout hęc omnia explicat D. Thom. A

A. p. 2. q. 95. art. 2. in corpore.

Ho-

Horum, quę poſteriori modo cō-ſiderantur teſte Franciſco Gallo A. Quædam in eodem loco, vbi ſeruā-tur, pro illius loci, & incolarum opportunitate fuerūt determinata, quæ propriæ &

A In §. fin. Inſt. de Iuſt. & Iure in verbo de Iure priuato.

VERNACVLAE LEGES appellantur, vt illa de filijs emancipatis ab hęreditate inteſtati Patris ex cludendis, & illa, prohibens donationem inter virum, & vxorem, quæ Romæ tātum cognitæ fuerunt, & alia durior Piſana, & Alexandrina, ne Maritus vxori, vel vxor marito ſupra quindecim libras in annos ſingulos teſtamento relinquat.

CAP. XI De legib vernaculis

Quædam verò alibi condita ad proprium Ciuitatis vſum fuerunt importata, quæ propterea

ADVENTITIAE LEGES dicuntur, vt Athenienſium ſanctiones, & Lacedemoniorum conſuetudines ad Romanam vrbem translatæ, vt infra ſuo loco dicemus. Hæc omnia

CAP. XII De Legibus Aduentitijs.

Vel initio ex ſolo ciuiū arbitratu ſe-

mel

mel iterum, atq; iterum, & diuturnis moribus obſeruata, vim legis habere paulatim cæperunt, quæ Iura non ſcripta, ſeu cõſuetudines appellãtur; Vel principio arbitrio totius populi, aut alterius, cuius ea poteſtas fuerit, vnico tantũ actu obſeruanda, propoſita ſunt, quæ Iura ſcripta nuncupantur.

CAP. XIII De Iure nõ ſcripto, ſeu de Conſuetudine. A. §. ex nõ ſcripto inſt. ſhoc tit.

IVS NON SCRIPTVM, SEV CONSVETVDO

eſt, quod tacitus Populi conſenſus diuturnis vtentium moribus comprobauit A *ad publicum, & commune eiuſdem Populi bonum* B.

CAP. XIV De Iure Scripto.

IVS SCRIPTVM

eſt Ciuilis ad commune bonum ordinatio, quæ ab habente poteſtatem iuris cõdendi emanans in ſcriptum referri ſolet, vt Facilius Populo innoteſcat:

Verum quia nos *Romana Iura* interpretamur, & Romæ pro temporum varietate Ius variè prodijt, & penes diuerſos fuit eius ſanciendi poteſtas; Propterea, vt ſingula illius genera clarius percipiantur, operę precium

cium me facturum putaui, ſi paucis explicarem

DE ORIGINE ROMANI IVRIS; Vrbem Romam, teſtante Tacito, à principio Reges habuere, à quibus ſine certa lege, ſine certo Iure omnia

CAP. XV. De origine Romani Iuris.

MANV REGIA, ideſt Principis authoritate, & volūtate gubernabantur. Aucta poſtmodū, atquè in triginta Curias (à cura, quā pars quælibet ſui habebat, ſic dictas) per Romulum primum Regem diuiſa Ciuitate, ipſe primò ijs leges quaſdam tulit, tulerunt, & ſequentes Reges, quæ

CAP. XVI. De Manu Regia.

LEGES CVRIATAE appellatę ſunt, quia ſingulis Curijs ſeparatim conſtitutis, earum auditis ſententijs ferebantur;

CAP. XVII De Legibus Curiatis.

Hæ autem Curiarum congregationes à coeundo, quaſi ſimul irent

COMITIA CVRIATA dicta ſunt; Eædem leges, quia à Sexto Papirio fuerunt in vnum collectæ atque in ordinem compoſitæ, Ideo appellabātur IVS

CAP. XVIII. De Comitijs Curiatis.

CAP. XIX De Iure Papiriano

IVS PAPIRIANVM.

Cum vero idem Romulus iam nouam Ciuitatem legibus, & Iuuenum viribus, ac robore munitã cerneret, haud minoris momenti fore ratus, ſi eandem conſilij ope fulſiſſet, ex Primoribus Patrum, qui tunc aderant, Ciuibus, centum numero elegit, A quos ob honorem Patres, ob ætatem

A. feneſt. de Magiſt. Rom. lib. 1 c. p. in prin.

CAP. XX. De Senatoribus.

SENATORES

quaſi Seniores appellauit, vt eorum conſilio Rempub. adminiſtraret, ijſq; liceret in ſenatu ſententiam dicere; His totius Reipublicę ſumma innixa erat, vt ne Reges quidem inconſulto Senatu quippiam molirentur; quocirca maxima erat eorum Romę authoritas, & exiſtimatio etiam illis naſcentis vrbis incunabulis: Et qui horum Primorum centum Patrum legittimi eſſent filij

CAP. XXI De Patricijs.

PATRICII

nuncupabantur, ſiue tales Natura eſſent, ſiue Adoptione, B Etiam ſi in illis emancipatio interueniſſet C.

B. l. 5. 6. & 10. ff. de ſenat.

C. l. 7. ff. d. tit.

Exactis

Exactis deinde Regibus ob Tarquinij ſuperbi Tyrannidem, qui plerаque præter ſenatus authoritatem decernens cunctos in ſui odium induxerat, & potiſsimum ob ſtupratam noctu, & violenter attrectatam à ſexto Tarquinio eius filio Lucretiam ornatiſsimam matronam, omnes eorum leges exoleuerunt, ac denuo cæpit Populus Romanus incerto magis iure, & conſuetudine vti; A. Sed ut aliqui eſſent, qui Populum, & Senatum Conſulerent, & quibus opus eſſet, Ius dicerent, ſtatim electi ſunt anno ab Vrbe condita 244.

A. l. 2. §. exactis ff. de orig. Iur.

CAP. XXII. De Conſulibus

L. Brutus Regis eijciẽdi Auctor, & L. Tarquinius Collatinus: qui

CONSVLES

à Conſulendo dicti ſunt, eo quod plurimum Reipublicę cõſuleret. B. Penes eos, vt ſummum Ius reſideret Populi lege conſtitutum fuit: Ne tamen per omnia Regiam poteſtatem ſibi vindicarent, eadem lege factum eſt, vt

B. Pompon. in d. l. 2. §. exactis 2. Varro lib. 4. de lingua latina.

Ca. XXIII. De Tribunis Plebis.

EOR. OFFICIVM ANNALE eſſet,& vt ab eis prouocaretur ad Populũ& ne poſsẽt in caput Ciuis Romani animaduertere,niſi iuſſu Populi,ſed illum duntaxat coercere,& in publicis habere vinculis; Hac ergo tempeſtate penes ſolum Populum eodem Conſule interrogante reſidebat legis ſanciendæ Poteſtas.

Cum verò ita excreuiſſet nobiliũ crudelitas, vt libera corpora debitorũ Plebei generis ob æs alienum pro ſeruis nectérent; Plebs nobiliũ promiſsis ſæpe deluſa in ſacrũ Mõtem trans Anienem (Sicinio Authore) primo ſeceſsit, nec inde prius reuocari potuit, quàm Menenius Agrippa Vir ea tempeſtate ſummæ authoritatis Apologo de conſpiratione membrorum contra ventrem Plebe delinita Patres induxiſſet, vt ex Plebis quoque corpore Magiſtratus in Vrbe bini Viri quotannis crearentur C. ab V. C. Anno 260, qui

C. Dionyſ. lib. 6. Feneſt. lib. 2. c. 10. Pomp. in d. l. 2. §. iiſdem temporibus.

TRI-

TRIBVNI PLEBIS

ſuerunt appellati, vel à tribus partibus in quas Romanus Populus diuiſus erat,& ex quibus ſinguli creabātur, [D] vel quia tribuum ſuffragio eligebantur, Vel vt Vegetius ait [E] quia tribuebant Iura militibus;

EOR. MVNVS

erat Plebem à Nobilium potentia tueri, vt Plebs quæ ſibi ſeruanda viderentur, ijſdem interogantibus ſanciret, quæ

PLEBISCITA

quaſi à Plebe ſancita dicebantur;

Initio duo tantum Tribuni creati ſunt A Virginio, & T. Vetuſio Conſ. Mox alij tres additi Appio Claudio, & C. Quinitio Cons, demum alij quinque Conſ. M. Oratio Puluillio, & Q. Minutio.

TRIBVNORVM POTESTAS

licèt Annalis,tāta eſſe cępit vt quicquid ſenatus decreuiſſet, ita demum ratum haberetur ſi tribuni approbaſſent. [A]

Eo tamen tempore Romana Reſ

D. Teſte Pompon. in d. §. ijſdem temporibus.

E. lib. 2. c. 7.

CAP. 24. De Plebiſcitis.

A. Feneſt. lib. 2. c. 10.

ſub. præſcriptas in ijs, quæ occurrere poterant abundè, ac diſtinctè leges non habebat, ideoque ne incerto Iure diuitius vagaretur, ſed certis, & probatis legibus fundaretur, Tres Legati, extructis ex publico ære triremibus Athenas miſsi sũt *B.* vt inclytas Solonis leges ſcriptas afferrent, iuraque, & mores aliarum ciuitatum noſcerent;

B. d. l. 2. §. exactis vers. poſtea.

C. Dyon. lib. 10. Liuius lib. 3.

fuerunt hi Spur Poſthumius; Ser. Sulpitius, & Aulus Manlius. *C.*

CAP. 25. De Decem Viris.

Romam allatis legibus anno ab V. C. 303. conſtituti ſunt

DECEM VIRI *D.*

D. eorũ nomina reſerũt per I iu. & Dyoniſ. & in c. 2. diſt. 7.

qui ex ijſdem gręcis legibus; patriiſque conſuetudinibus Romanas leges conderent, ſcriberent, & quod ſtudioſe fecerunt, in decem tabulis pro roſtris ponerent, *E.* vt commodius, & conſpici, & percipi poſſent

E. d. l. 2. §. exatis verſ. datamque.

POTESTAS

data eſt eis eo anno in Ciuitate ſumma, vt leges corrigerent, ſi opus eſſet, & interpretarentur; neque prouocatio ab eis, ſicut à reliquis Magiſtra-

ſtratibus, fieret,

Hi animaduertentes aliquid illis primis legibus deeſſe in alium annū prorogato eorum magiſtratu, alias duas eiſdem tabulis adiecerunt, & ita ex earum numero appellatæ fuerunt.

LEGES XII. Tabularum. *CAP. 26. De lege 12. Tabularū.*

Quia tamen illis non erat rebus omnibus prouiſum ijſdē propterea cauebatur

Quodcunque poſtremum Populus iuſſerit

Id Ius, ratumque eſto.

Per quæ verba Romano Populo facultas reſeruabatur, occurrentibus caſibus à Senatorio Magiſtratu, veluti Conſule propoſitis iura conſtituendi, finito tamen Decem Virorum Magiſtratu; Hic licet Appij Claudij Decem Virorum Principis artificio ob dominādi libidinem, in ſequentem quoque annum prorogatus fuiſſet, eorumque poteſtas in Tyrannidem conuerſa eſſet, cum & Populum iniurioſè tractarēt, nec

 vellent

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

vellent deinceps Magiſtratus ſuffi-cere, ut ipſi cum ſua factione perpetuo Rempublicam occupatam retinerent, nimia, atque aſpera dominatione, vt latè Liuius *A.* explicat, atque Pomponius *B.* Tamen ob eiuſdem Appij Stuprum cum Virginij Militis formoſiſsima filia nefandis artibus tentatum, eodem Virginio authore, filiam lanionis cultro necãte, eiuſque morte ſtupri contumeliam arcente, cito

A lib. 3.

B. d. l. 2. §. & cum placuiſſet.

CAP. 27. De decẽ virali Authoritate, ob ſtruprũ Appij Claudij, abdicata.

DECEM VIRALIS AVTHORITAS ABDICATA

eſt; cũ.n. idem Virginius protinus rẽcedens à cæde, ad Cõmilitones cõfugerit, illi vniuerſi Appij caſu cõcitati de Algido Monte, vbi belligerandi cauſa legiones erant, relictis Ducibus Decemuiralibus, ſigna in Auentinum Montem tranſtulerunt omniſque Plebs Vrbana mox eodẽ ſe contulit, & Decem Viri populi cõſenſu partim in carcere propria manu necati ſunt, vt Appius, & Oppius, partim in exilium miſsi cũ omnes

nes in foro inſignia depoſuiſſent, & ita rurſus Reſpub. ad priſtinum ſuũ ſtatum; & ad Conſules redijt C. anno ab V. C. 304.

C. d. l. 2. §. initium, & ibi Zaſ.

Creati tunc temporis ſunt Conſules M. Oratius Barbatus, & L. Valerius Potitus, & iſti ãte dictã Plebis ſeditionem

C A P. 28. De lege Horatio, & Valeria.

LEGE HORATIA, & Valeria. cui nomen illi dedere, ſedauerunt:

Cum enim veluti in controuerſo iure eſſet, tenerentur ne Patres plebiſcitis? legem centuriatis comitijs tulere, ut quod tributim Plebs iuſſiſſet, Populum teneret, qua lege teſte Liuio, D. tribunitijs rogationib. telum accerrimum datum eſt, per eam enim cõfirmatæ fuerunt leges quas Plebs curiatis comitijs tuliſſet, eademque poteſtate eſſe uoluerunt cum his, quas Populus Romanus centuriatis comitijs ferret, capiteq: ſanxerunt, Si quis aduerſus eas feciſſe deprænhenſus eſſet, eiuſque bona publicari iuſſerunt. E.

D. l. 3.

E. Dyoniſ. lib. 11. Ant. Augu. de lege Horatia

Hoc idem fuit poſteã renouatũ

anno ab V. C. 414. à Q. Publilio Philone dictatore, qui

CAP. 29. De l. Publilia.

LEGE Publilia.

ſic ab eius nomine dicta conſtituit, vt Plebiſcita ōnes Quirites ligarēt A.

A Liuius lib. 8. referunt Frāc. Goth. & Ant. Auguſt. in hac l. Publilia.

Cū verò harū legū obſeruantia ī deſuetudinē fortè abijſſet, & Plebs iterū in diſcordiā cū Patribus uenīſſet, atque in Ianiculū ſeceſsiſſet, Q. Hortenſius Dic. āno ab V. C. 461.

CAP. 30. De lege Hortenſia.

LEGE HORTENSIA

quæ ab eo nomen accepit, vt Plebē cum Patribus reconciliaret, iterum cauit, vt eo Iure, quod Plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerētur; Nam ut Liuius B. & Gellius C tribunitijs rogationibus antea Patritij non tenebantur donec. Q. Hortēſius Dictator eam legem tulit, vt eo iure; quod Plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur. Quare poſt hanc legem quicquid Tribunus Plebem rogaret, & ſi verè Plebiſcitum eſſet tamen Lex dicebatur, & de hac, uti nouiſsima meminit Iuſtin. Imper. D. dū ait, ſed & Plebiſcita lege Hortenſia

B. lib. 8. C. lib. 15. c. 17. Plin. lib. 16. ca. 19. Aug. de Ciuit. Dei lib. 3. cap. 17.

D. in §. ſed & plebiſcita hoc tit.

CAP. 31. De legis. & Plebiſciti diſcrimine.

tenſia lata non minus valere, quàm leges cæperunt.

Inter legē enim,& Plebiſcita,ſpecies tantum conſtituendi intererat, cum tamen poteſtas omnino eadē eſſet; Differebant enim Primo quia Lex à maioribus: Plebiſcitum à minoribus Magiſtratibus,nempe à Tribunis ferebatur.

Secundo quod Lex ab vniuerſo populo; Plebiſcitū à Plebe tantum iubebatur.

Tertio, quia illa Comitijs omnibus ſiue centuriatis, ſiuè Curiatis, ſiuè Tributis, hoc verò tributis tantum rogabatur. E.

Illę propterea teſte Cicerone, F. LEGES CONSVLARES dicebantur, quia à Conſulibus rogabantur: Plebiſcita verò LEGES TRIBVNITIAE vti a Tribunis rogatæ; Iſtarum Tribunitiarum nōnullæ ſunt in Pandectis, & inter alias Lex Aquilia ab Aquilio Tribuno Plebis ſancita.

Cum autem Populus Romanus

E. Franc. Goth. in ſ. conſtat: ver. lege Hortẽs.

F. De lege Agrar.

CAP. 32. De Legibus Conſularib. & Tribunitijs.

in eum modum auctus eſſet, ut difficile Plebs conuenire poſſet; Populus vero multò difficilius legis ſanciendæ cauſa, in tanta hominũ turba neceſsitas ipſa curam Reipub. ad Senatum deduxit, & æquum uiſum eſt, Senatum vice Populi conſuli, & ita cæpit Senatus authoritatem ſuã in legibus ferendis interponere, &

CAP. 33. De Senatus Conſultis

quicquid conſtituiſſet: pro Iure obſeruabatur, Id que Ius appellabatur

SENATVS CONSVLTVM,

A. d. l. 2. §. deinde quia difficile & § Senatus conſ. inſt. hoc. tit.

quia de eo Senatus Conſultus eſſet; *A.* cum antea tamen etiam ab Vrbe Condita Reſpub. omnis in poteſtate Senatus eſſet præter Magiſtratuum creationem, Legumlationem, & Belli, Pacisque arbitrium teſte Halicarnaſſ. *B.*

B. lib. 6.

C. in §. cũ autem eſſet hoc tit.

Hinc notatur error Frãciſci Ga[redacted] *C.* repræhẽdentis Iuſtinianũ, & Pomponium, dicẽtiſque nõ propter Ciuium copiam, poteſtatem ad Senatum translatam, ſed Cæſarum aſtutia, & calliditate, qui Senatus augendo

gendo potẽtiam ſuam propria m au gebant, vt colligit ex Tacito. *D.* *D. lib. 1.*

Negari quidem non poteſt Senatum Cæſarum aſtutia, authoritate creuiſſe: Negatur tamen Cæſarum tempore,& opera legum lationem Senatui primo conceſſam fuiſſe, cũ id multò prius ei contigiſſet.

Eodẽ tempore & Magiſtratus Iura reddebant; *E.* cum parum ſit Ius in Ciuitate eſſe,niſi ſint qui iura reddere poſsint. *F.* *E. d. l. 2. §. eodem tempore.* *F. d. l. 2. §. poſt origin.*

Cum verò Conſules, ut ſupra,ad id creati bellis finitimis auocarẽtur, & in re militari, ut plurimum eſſent occupati, neque eſſet qui in Ciuitate Ius reddere poſſet, poſt primum Bellum Punicũ anno ab V.C. 511. factum eſt, vt Magiſtratus vnicus ex patribus crearetur, vt gratia Senatui reponeretur,quod Plebi ad conſulatum eſſet apertus aditus; iſque a præeundo, vel quod cæteris præeſſet, *CAP. 34. De Prætoribus.*

PRAETOR,

appellatus eſt, quod nomen licet

Magiſtratibus omnibus conueniret, G. Huic tamen Magiſtratui peculiare fuit, & quia in Plebe ius reddebat

PRAETOR VRBANVS

propterea appellatus eſt, eo autem non ſufficiente, quod multa turba etiã Peregrinorum in Ciuitatẽ veniret, alius etiã Prætor creatus eſt: qui

G. l. vbicumque, & ibi Alber. Dec. & Cav. de Peg. Iur. Ticc. i rub. de bon. poſſ. num 58.

PRAETOR PEREGRINVS.

appellatus fuit, eo quod plerumq: inter Peregrinos Ius redderet. *H.*

H. Liuius. deca p. lib. 7. in princ. Feneſt. d. c. 19. Popon. d. l. §. cumque conſules.

EOR. MVNVS

vt ſecundum Iura a populo, Plebe, & Senatu præſcripta, quorũ, in principio ſui magiſtratus iurabant obſeruantiam *I.* omnibus iuſtitiam facerent vt cæteri magiſtratus, qui propterea Iuris Ciuilis diſceptatores, & Cuſtodes lege etiã xii. tabularum appellabantur. *A.*

I. Auth. iuſiuran. qp præ ?ata r ab his.

A. tit. 2. c. 5. de Prætoribus.

Verum quia Ius ciuile non omnibus notum erat, nec rebus omnibus prouidebat, & in multis, mutata forſan temporum & perſonarum conditione

ditione, nimis durum, & aſperum videbatur, & ſæpe contra publicam vtilitatem; quæ mater eſt Iuris Ciuilis:

Ideo Prætores in principio ſui officij, vt ſcirent Ciues, quod Ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeque præmuniret.

CAP. 15. De Edictis Pretorum.

EDICTA

proponebant, B. Adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi Iuris Ciuilis gratia propter publicam vtilitatem, vt Emilius Papinianus teſtatur C. & explicat Cuiacius. D.

B. d. l. 2. §. eodē tpore.

C. in l. Ius Ciu. 7. de iuſt. & iur.

D. d. l. Ius Ciu.

Hæc Prætorum Edicta, inſpecta eorum origine nec legis nec iuris vim habebant: ſed eorum tantum auctoritate nitebantur, quia ſecundum ea Ius dicerent, & nulla interpoſita, vel admiſſa appellatione eorum ſententiæ in rem iudicatam trāſirent.

Sed quia prætores Iuris Ciuilis rigorem, & aſperitatem reijcientes, ſemper pre oculis æquitatem habebant, E. & quod magis Populo gratum,

E. l. quod ſi ephēſi ff. de eo quod certo loco cum concord.

tum, & iuxta omnium votum exiſtimabant, in ſuis ædictis proponebant, vt & Populi offenſionem uitare ſtudentes æqualitate decernendi, eiuſque beneuolentiam adiungẽtes, lenitate audiendi, totius eiuſdẽ Populi gratiam ſibi conciliarent, vt inquit Cicero. F.

F. Pro Murena.

Ideo eam paulatim apud Populũ vſurparunt authoritatem, vt eorum Edicta non modicam vim Iuris obtinerent, G. Et hæc ab ipſis Pretoribus, vti prædictorum authoribus

G. §. Pr[a]etorum quoqi ædicta inſt. hoc eodẽ tit.

IVS PRAETORIVM

CAP. 36. De Iure pretorio.

appellatur, quod ſi ad Ius Ciuile in ſpecie ſumptum referatur, ab eo ſpecie differt, ſed ſub eodem genericè accepto, vt propria eius ſpecies cõtinetur, vt explicat Cuiacius, H.

H. in d. l. 7. de Iuſt. & Iure.

CAP. 37. De ædicto Trãslatitio.

Et quia Hæc edicta ab vno Prætore in Albũ propoſita, vti Reipub. maximè expedientia, & vtilia à ſucceſſoribus pluries in Album repetebantur, & iterato transferebantur, in re tam vſitata ſatis eſſe ducentes Magiſtratus prædicti, ſi oſtenderẽt

omnes

omnes Anteceſſores ita Ius dixiſſe, vetuſque

EDICTVM Tranſlatitiumque, eſſe, teſte Cicerone, A. Propterea hæc eadem Edicta

IVS HONORARIVM

ſolebant appellare, quia qui honores gerunt, ideſt Magiſtratus, authoritatem huic Iuri dederunt, dum Edicta ab anteceſſoribus propoſita iterum atque iterum in Album trãſferebant: per quam tranſlationem & approbationem maximo honore & authoritate eadem edicta afficiebantur, quod indicaſſe videtur Iuſtinianus A. in ſuis inſtitutionibus licet a nemine, quem viderim, in hoc ſenſu intelligatur.

Tantum verò poſtmodum aucta eſt Prætorum authoritas, vt penes eos adeo omnis publici priuatique Iuris Poteſtas eſſet, vt nouum ius condere, & vetera ab rogare facultas eſſet B.

Quia tamen eorum erat,

A lib. 3. in Verrem. CAP. 28. De Iure Honorario.

A. in §. Prętorũ quoq; edicta hoc cit.

B. Feneſtrel la lib. 2. c. 19

etiam Edicta, quæ ab ipſis emanabant annalia erant, ita vt Cicero C. dixerit; Qui plurimū tribuunt Edicto Pratoris, Edictum legem annuam dicunt eſſe, & quod finem Edicto Prætoris afferūt Kalendę Ianuarij, ſicut, & initium

C. in Verr.

Verum quia emulationis ſtudio plerumque eueniebat, vt Edicta cōtraria proponerentur, et hęc Edictorum incōſtantia, & mutabilitas magnam daret licentiam Prætoribus arbitratu ſuo quiduis decernendi, & ſtatuendi.

Propterea Cornelius Balbus Tribunus Plebis anno ab V. C. *686.* legem tulit, vt nemine palam repugnante, ſic multis inuitis, vt Ius ex Edictis ſuis perpetuis dicerent Prætores, quę lex, teſte Aſconio, multum authoritatis, & gratiæ ſubſtulit ambitioſis Pretoribus qui Ius variè & ſæpe in aliquorum gratiam dicere ſolebant, vt etiam recentiores declarant. *D.*

VVeſſemb. in tit. de officio Præſt.

D. Franc. Germ. in Indice legum Rom. Connan. lib. 1. com. iuris Ciu. ca. 15. nu. 2. Ant. Aug. in lege Cornel. de Edictis perpetuis.

Ab

Ab ea fortaſſe lege anſam arripuit Saluius Iulianus Mediolanenſis, qui hęc omnia, quæ vnquam fuerunt Prętorum edicta, cum vagè diſperſa eſſent, in vnum collegit, & in ordinem digeſſit, ex quibus

EDICTVM PERPETVVM

compoſuit, & centum nonaginta libris eſt interpretatus, quibus, vt edictis ipſis, authoritas legis data eſt Senatus conſulto primum, tum deinde etiam Adriani Imperatoris conſtitutione, vt Iuſtinianus ipſe teſtatur. E. Et quia vltra Prætores erat Romæ alius Magiſtratus, qui

CAP. 39. De edicto Perpetuo.

E. In l. 2. §. ſed quia c. de Vet. Iure enu. Connan. d. c. 15 num. 2.

AEDILES CVRVLES

appellabantur ab ædibus, quibus pręerant, & à Sella Curuli, qua vtebantur, dum in Senatum ibant, &

CAP. 40. De ædilibus Curulibus.

EORVM MVNVS

erat, vt ædes ſacras, publicaſque, & Vias, & Cloacas tuerentur, vt publicis ludis, atq; ſpectaculis pręeſſent, Annonam curarent, viderentque, nę in venditione Manci-

piorum, in menſuris, & ponderibus fraus admitteretur, vt Cicero teſtatum reliquit. A.

A. *In 7. Verrina, & lib. 3. de legib.*

Ideo, vt omnibus innoteſceret, quemadmodum anno ſuo Ius dicturi eſſent de rebus ad eos pertinentibus, Pręrorum exemplo, edicta proponebant, quę Iuris Honorarij portio erat, B. & eodem modo, quo illa Pretorum, vim Iuris obtinere cęperunt, cum ab eodem Saluio Iuliano in edictum Perpetuum collata, ab Adriano Imperatore confirmata fuerunt; Quorum aliqua à Collectarijs Digeſtorum in Pandectas relata ſunt, vt patet ex tit. De ædilitio edicto.

B. *§. Prętorum quoq; in fine hoc tit.*

Et licet hęc Pręrorum, & ædilitiorum edicta a Populo ſaltem tacitè, eorumdemque à Saluio Iuliano facta collectio Senatus conſulto, vel etiã ab eodem Adriano ita confirmata fuerint, vt ſi quid in edicto poſitum non inueniretur, hoc ad eius ſingulas, eiuſq; coniecturas, & imitationes poſſit noua inſtrue-

inſtruere authoritas, vt Iuſtinianus loco præcitato teſtatur. C.

Nihilominus ita confirmata fuerunt, vt adhuc Prætoria remanerent cum inrerpretationibus ſuis, quod factum fuit, ne Prætores ſuis laboribns defraudarentur, D. & vt primam retinerent originem, vt fieri debet, E. quod ſupra vidimus factum fuiſſe in plebi ſcitis, quæ licet per legem populi confirmata fuerint, perſeuerarunt nihilominus eſſe plebiſcita, & leges eiuſdem plebis F. occupante demum Cæſare Patrię libertatem.

C. in d. l. 2. §. ſed quia C. de Vet. Iure.

D. arg. l. ſi quando 35. in princ. C. de inoff. teſt.

E. l. p. & ibi gl. ff. ad l. falc. Bart. in l. omnes Populi n. 51. d. Iuſt. & Iure.

F. §. ſed & plebiſcita hoc tit. noſtra.

CAP. 41. De lege Regia.

LEX REGIA.

De illius imperio lata eſt, qua ſenatus, & populus ei, & in eum omne imperium ſuũ, & poteſtatẽ contulit. G. licet per vim, & metũ Dionyſius H. id contigiſſe teſtetur. Conſtituto principe datum eſt ei ius, vt quod conſtituiſſet ratum eſſet, & quod ei placeret, legis haberet vigorem; quodcumque ergo imperator per epiſtolam conſtituit,

G. l. p. de conſtit. principum. §. ſed quod principi hoc tit.

H. lib. 6.

CAP. 42. De Principum Conſtitutionib

ſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto pręcepit legem eſſe conſtat; A. & hinc emanarunt.

A. d. l. 2. §. his legib. de orig. Iur.

PRINCIPVM CONSTITVTIONES,

Quæ primo à Theodoſio deinde à Iuſtiniano in Theodoſianum, & Iuſtinianeum codicem, quo ad præſens vtimur, congeſtæ fuerũt. B.

B. l. p. C. de nouo Cod. faciendo.

His legibus latis ſuper earum ſingulis vt naturaliter euenire ſolet, interpretatio deſiderabatur.

CAP. 43. De Legum Interpretãdarũ poteſtate.

A principio poſt leges 12. tabularum legum

INTERPRETANDAR. POTESTAS.

Apud Collegium Pontificum reſidebat; C. vt qui diuinitus inſtituti, & Religionibus Deorum immortalium, & ſummæ Rei publicæ præeſſent, inquit Cicero, D. & in re dubia, tanquam diuinum oraculum congrua reſponſa darent.

C. d. l. 2. §. omnium tamẽ de orig. Iur.

D. pro Domo ſua.

Ipſi tamen, qui huic ſcientiæ præerant obtinendæ, & augendæ potentię ſuæ cauſa artem ſuam promul-

promulgare nolebant, ſed apud ſe ius ciuile occultum retinebant, ſolumque conſultoribus vacare potiùs, quàm diſcere volentibus ſe præſtabant, vt refert Pomponius, E. & memiuit Cicero de oratore, & alibi F. etiam mordaciter redarguit. G.

E. d. l. 2. § Iuris Ciuilis de orig. Iur.
F. pro muna.

PVBLICI IVRIS CIVIL. PROFESSORES,

CAP. 44. De Publicis Iuris Ciu. Interpretibus.

Romæ poſtea viri grauiſſimi eſſe cæperunt & primus Titus Corũcanus, de quo plura Cicero. H. Sextus etiã Papirius, qui leges Regias in vnum contulit, eaſdemque in publicum exhibuit;

G. d. l. 2. §. Iuris Ciuilis.
H. lib. 3. de orat. & in Bruto.

Appius deinde Claudius, qui leges 12. tabularum compoſuit;

Symphorinus item, quem populus Rom. Sophoni ideſt ſapientem appellauit.

Scipio etiam naſica, qui optimus à ſenatu appellatus fuit, & cui publicè domus in ſacra via data eſt, quò facilius conſuli poſſet:

His ſucceſſerunt alij omni ætate

viri clariſſimi, & apud Populum Rom. maximæ authoritatis, quorum abundè meminit Pomp. I. qui omnes Iuris ſciētiam publicè profitebantur, & iura interpretabantur, & licet propria authoritate ſuorum ſtudiorum fiduciam habētes, conſulentibus reſpondebant, non ſignata reſponſa dando, A. ſed plerumque iudicibus ſcribendo, atteſtantes ita Iuris eſſe, & ita ius ex poſtulare, quaſi iuris ſcripti vt explicat Zas, B. teſtimonium reddentes: tanta autem erat prædictorum virorum Iuris peritia, tantaque apud populum Romanum authoritas, vt à reſpōſis eorum, & ſi liceret, nefas videretur recedere, ita vt ipſi etiam Imperatores propria reſponſa in ſupradictorū Iuris peritorum authoritate aliquando fundare non dedignarentur;

I. in d. l. 2. §. deinde E. Fabius vſque in finē.

A. d. l. 2. §. & vt obiter d. orig. Iuris.

B. ibi in verbo teſtabatur.

Hæc autem eorum diſputatio, & interpretatio, quod antiquitas.

SINE SCRIPTO IVS.

A prudentibus compoſitum dicebatur,

cebatur, teſte Pomponio, C. nullo proprio, ſed communi nomine ius ciuile appellabatur. D.

C. in d.l. 2. §. hæc diſputatio.

Poſtquam verò D. Auguſtus, vt maior Iuris authoritas haberetur, primus conſtituit, vt Iuris periti ex illius.

D. d.l. 2. §. hæc diſputatio.

CAP. 45. De Authoritate Reſpondendi de Iure.

AVTHORITATE DE IVRE RESPONDERENT.

Et ex illo tempore peti hoc pro beneficio cæpit, cum antea non niſi qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, priuata ſua cũ nixi, conſulentibus reſponſa darent, E. & tunc ſententiæ atque opiniones eorum, quibus permiſſum erat de Iure reſpondere, proprio & particulari nomine.

E. d.l. 2. §. & vt obiter.

CAP. 46. De Reſponſis Prudentum.

RESPONSA PRVDENTVM,

Nuncupari cęperunt, quæ eam authoritatem tenebant, vt iudici ab eis recedere non liceret, cum ita ab Auguſto fuerit conſtitutum; F. Et primus fuit Maſurius ſabinus, qui à Cæſare hoc de Iure reſpondendi obtento beneficio, ex au-

F. §. reſponſa prudentum hoc tit.

thoritate Publica Principis, ſcripta reſponſa daret. G.

G. d. l. 2. §. Maſurius de orig. Iur.

Huic ſucceſſit Caius Caſſius Longinus, à quibus eorum ſectatores Sabiniani, & Caſſiani appellati fuerunt qui in ijs, qui ſibi tradita fuerant, ſatis perſeuerabant;

C A P. 47. De diuerſa Sabinianorũ, & Proculeianorũ ſecta.

CVM ex altera parte Labeoni, qui ingenij acumine, & doctrinæ fiducia plurima innouare inſtituit, ſucceſſerit Nerua, & Neruæ Proculus, à quo Proculeiani eorum ſectatores appellati fuerint, qui circa nouas opiniones inueſtigandas maximè verſabantur, & Caſſianis, ſeu Sabinianis, vt plurimum aduerſabantur.

Itaque in ciuitate Romana, Imperatorum tempore, vltra communes Ritus, qui diuturnis moribus prẹſcripti, ſine alia ſcriptura ſeruabantur, erant.

C A P. 48. De ſex Iuris ſcripti partibus.

SEX IVRIS SCRIPTI PARTES,

Lex ſcilicet Plebiſcitum, Senatus conſultum Magiſtratum edicta, Prin-

Principum Placita Reſponſa prudentum. A.

A. d. l. 2. §. ita in Ciuitate, & §. conſtat autem inſt. hoc tit.

Lex eſt

Quod Populus Romanus Senatorio Magiſtratu interrogante veluti Conſule, inſtituebat. B.

B. §. lex. d. tit.

PLEBI SCITVM EST

Quod plebs plebeio Magiſtratu interrogante veluti Tribuno contuebat. C.

C. §. plebiſcit eod. tit.

SENATVS-CONSVLTVM,

Quod Senatus Iubet, atque conſtituit. D.

D. §. Senatus-conſultum d. tit.

PRAETOR EDICTA

Sunt ordinationes, quæ à Magiſtratibus proponebantur ſui officij tempore duraturæ E. quæ à ſucceſſoribus in Album tranſlatę F. paulatim vim Iuris habere cæperunt, & poſtea à Saluio Iuliano in vnum collectæ ab Adriano Imperatore pro legibus confirmatę G.

E. §. Praetorum quoq. eod. tit.

F. Cic. lib. 3. in Ver.

G. l. 2. §. ſed quia diuinę C. d. Vet. Iure enucleam.

D 5 PRIN-

PRINCIPVM PLACITA.

H. ſ. *principum placita hoc tit. l. 2. C. de legib.*

I. *l. fin. in princ. C. de legibus.*

k. *d. l. fin. & l. p. C. d. legib.*

Sunt generales Imperatorum conſtitutiones H. vel etiam particularia Reſponſa ſuper alicuius dubij Iuris interpretatione reddita I. leges enim interpretari, vti rem ſolo imperio dignam ſibi ſoli reſeruarunt cum ea tempeſtate ipſis tãtum leges cõndere liberum eſſet k.

RESPONSA PRVDENTVM.

L. *l. 2. ſ. hæc diſceptatio d. orig. Iuris.*

M. ſ. *Reſponſa prudentum hoc tit. d. Iure nat. gent. & Ciui.*

Antiquitas erant Pontificum, & aliorum iuris Peritorum receptæ interpretationes. L. Poſt Cæſares verò ſunt ſententiæ, & opiniones eorum, quibus permiſſum erat de iure reſpondere. M.

CAP. 49. De Pandectarum C. Authent. & Inſtitut. cõpilatione.

Ex iſtis ſex Iuris partibus vniuerſum conſtat Romanũ ius, quod nos Corpus Ciuile appellamus; ex quinque enim conſtitutionibus Principum exceptis, conflata ſunt Quinquaginta Pandectarum volumina quæ Digeſta appellantur.

Ex antiquorum verò Imperatorum,

torum conſtitutionibus, quinquaginta tantũ à Iuſtiniano denuo additis, compoſitus eſt Iuſtinianeus Codex: Et ex nouiſſimis eiuſdem Iuſtiniani conflatum eſt Nouellarum, ſeu vt vulgo dicitur Authenticorum volumen.

Et in Tyronũ gratiã pro clariori & faciliori Romani Iuris doctrina, ſic Iuſtiniano prçcipiente, à Triboniano, Theophilo, & Dorotheo cõpoſitus eſt inſtitutionũ liber, in quo breuiter, & miro ordine omnia ferè ad Romani Iuris cognitionem inſerta reperiuntur, A. & ita clarè explicantur, vt hac tempeſtate illius auxilio, etiam ſine Præceptore facile & breui tempore quis Iuris peritus èuadere poſſit; ſi maximè ſupra firmata Iuris principia, & quæ de iuſtitia, & iniuſtitia ſtatim referemus, vt à Philoſophis, quibus Iuriſprudentia ſubijcitur, accepta diligenter perpenderit.

A. §. cumque hoc & §. igitur in prohem Inſt

Ex his ergo quę dicta ſunt facilè patet.

FINIS

FINIS ROMANI IVRIS.

CAP. 50. De fine & obiecto Rom. Iuris.

Nempè conſeruatio totius Romani Imperij in vniuerſum; Patet etiam.

CAVSA EFFICIENS.

CAP. 51. De Cauſa effic. Rom. Iuris.

Hęc eſt vel tacitus populi conſenſus diuturnis moribus comprobatus; vel expreſſus eiuſdem Populi & pro temporum varietate etiã Plebis, Senatus, Prætorum & Principis eiuſque authoritate etiã Iureconſ. de Iure reſpondendi facultatem habentium.

SVBIECTVM.

CAP. 52. De ſubiecto Rom. Iuris.

Verò, circa quod verſatur, ſunt hominum facta; Romanum enim ius circa hominum ſibi ſubditorum facta diſponit ad bonum & æquũ Magiſtratus authoritate conſeruandum.

Hominum verò Actiones, & Facta duo potiſſimum reſpiciunt: vel rerum Dominia, vel perſonarum obligationes;

Pri-

Primum autem in acquirendo, aut in conſeruando: Aut in minuẽdo conſiſtit;

Aut enim hoc agitur quemadmodum quid cuiuſque fiat.

Aut quemadmodum quis rem ſuam, vel ius ſuum conſeruet.

Aut quomodo alienet, ſeu amittat; vt in hæc verba dixit Vlpi. A. *A. l. fin. ff. de legibus.*

Alterum perſonas reſpicit, quæ obligari & quibus obligari debent, & quia in vtroque, aliquo eſt opus remedio, quo quis rem ſuam vendicet, vel quod ſibi ab aliquo debetur, ſuperioris authoritate cõſequatur, & hæc remedia *actiones* appellantur, quæ nihil aliud *ſunt*, quã *Ius rem ſuam vindicandi, vel quod ſibi debetur in iudicio perſequendi*. A. *A. §. p. Inſt. de Action. §. fin. hoc tit.*

Propterea primo Caius, deinde Iuſtinianus dixerunt (omne ius, quo vtimur vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones) ſed eo modo, quo ſupra me iudice intelligendi ſunt, vt Vlpiani diuiſio, dè rerum agens dominio, ſecundo

Iuſti-

B. *lib.* 2. *cap.* 2.
CAP. 53.
De Forma Rom. Iuris.

Iuſtinianeæ diuiſionis capiti ſubijciatur, quod & Donello placuit, obſcurè tamen more ſuo ſe declaranti. B.

C. *in l. legis virtus de legibus.*

FORMA IVRIS.

Quam modeſtinus C. etiam virtutem appellat eſt imperare, vetare, permittere punire quia quandocumque iura diſponunt, neceſſariò vnum ex his efficiunt.

CAP. 54.
De Iuriſprudentibus.

Qui tandem Iuris cognitionem quæritant ac boni, & ęqui notitiam profitentur, ęquum ab iniquo ſeparantes, & licitum ab illicito diſcernentes.

IVRISPRVDENTES.

D. *l. p. in princ. ff. d. Iuſt. & Iure.*

Appellantur, qui veram, non ſimulatam Philoſophiam affectare dicuntur D. ſicut ipſa tùm Diuini, tum humani *I*uris notitia.

CAP. 55.
De Iuriſprudentia.

IVRISPRVDENTIA.

E. *Inſt. d. Iuſt. & Iure in princ.*

Dicitur; E. cum *humanarum, & diuinarum rerum coguitionem contineat.*

Et

Et hæc de Iure tam diuino quam humano, tum communi, tum particulari: publico, vel priuato: ſine ſcriptis, vel in ſcriptis; & de origine & ſingulis Romani *I*uris partibus dixiſſe ſufficiat.

- IVSTITIA Cap. LVI.
  - GENERALIS Cap. LIX.
  - PARTICVLARIS. Cap. LXIIII.
    - COMMVTATIVA Cap. LXIX.
    - DISTRIBVTIVA. Cap. LXXV.
    - MIXTA ex vtraque. Cap. LXXIX.

Digitized by Google

IN COMMENTARIVM DE IVSTITIA, ET INIVSTITIA

DE IVSTITIA, & Iniuſtitia in communi cap. 56.
Iuſtitia an à Iure dicatur, vel è contra cap. 57.
Iuſtititia Quotuplex cap. 58.
De Generali, ſeu Legali Iuſtitia cup. 59.
De Fine, & obiecto Generaliſ Iuſtitiæ cap. 60.
Generalis Iuſtitia an ſit eadem cum aliјs virtutibus cap. 61.
Generalis Iuſt. in Principe, & Legislatore Architectonicè reſidet cap. 62.
Generalis Iuſt. non eſt I. C. obiectum cap. 63.
De Particulari Iuſtitia cap. 64.
De Obiecto Particularis Iuſtitiæ cap. 65.
De Diſcrimiue Generalis, & Particularis Iuſtitiæ cap. 66.
De Neceſsitate Particularis Iuſtitiæ cap. 67.
De Diuiſione Particularis Iuſtitiæ cap. 68.
De COMMVTATIVA Iuſtitia cap. 69.

De Medio Commutatiuę Iuſtitiæ cap. 70.
Inter quos locum habeat Cõmutatiua Iuſt. cap. 71.
Commutatiua Iuſt. locum habet etiam vbi in diſtribuendo habetur ratio partis ad totum cap. 72.
De Commut. Iuſt. habente effigiem Diſtributiuæ cap. 73.
De finitio Commutatiuæ Iuſtitiæ cap. 74.
De DISTRIBVTIVA Iuſtitia cap. 75.
De Medio Diſtributiuæ Iuſtitiæ cap. 76.
Quot termini ſint neceſſarij ad Diſtrib. Iuſt. cap. 77.
De finitio Diſtributiuæ Iuſt. cap. 78.
De Iuſtitia Mixta & Commut. & Diſtributiua cap. 79.
Exempla Iuſt. Mixt. ex Commut. & Diſtr. cap. 80.

COM-

COMMENTARIVS DE IVSTITIA ET INIVSTITIA.

CAP. 58. De Iuſt. & Iniuſt. in communi.

NVnc conſentaneum eſt, vt agamus De Iuſtitia & Iniuſtitia; Quia qui ſecundum prædictas Naturę, Dei, & Hominum ordinationes viuunt vti legibus, & Iuri obtemperantes iuſta facere, & iuſta uelle dicuntur.

IVSTVM.

Eſt enim quod ſecundum Iura geſtum eſt; & ij qui, volentes, ac libentes iuſta gerunt.

IVSTI.

Meritò appellantur: Habitus verò, qui fit ex frequentatis actibus obtemperandi Iuri, dicitur.

IVSTITIA. A.

Inde dicta eſt quaſi Iuris ſtatus ſit. B. velut VVeſemb ait C. à ditione (Iuſti) addita (TIA) vt in meſtitia & in communi conſiderata ex Ariſt. D. patet.

A. *Ariſt. 5. Ethic. c. p. in princ.*
B. *Iſidor. Conna. lib. p. comment. Iur. cui. cap. 2.*
C. *In ſuis Pararitlis tit. de iuſt & Iure n. 3. quo loci late de Iuſtitia, eiuſque ſpeciebus agit.*
D. *d. c. p. in princ.*

QVID SIT.

Iuſtitia enim *eſt Habitus, quo Homines apti ſunt ad res Iuſtas agendas, & quo iuſta agunt, & volunt Iuſta.* E contra verò, qui prædictis legibus, & iuri non obediunt, ſed abijs exorbitant, Iniuſta facere, & in iniuſta velle dicuntur.

INIVSTVM.

Eſt enim *quod contra leges, & Iura geſtum eſt* & hi tanquam iniuſta gerentes.

INIVSTI.

Appellantur: Habitus vero, qui fit ex frequentatis Actibus a iure auertendi & iniuſta gerendi.

INIVSTITIA.

Dicitur. ex quibus patet.

QVID SIT.

Iniuſtitia enim in communi accepta, *eſt Habitus quo Homines iniuſtas res agunt, reſque volunt iniuſtas.* D.

D. *Ariſt. d. c. p. in princip.*

INDE DICTA.

Quaſi iniuſti ſtatus.

Ex

Ex his etiam innoteſcit.

IVSTITIAM. à iure, non IVS à iuſtitia Deriuari.

Et circa ius vti eius obiectum uerſari E. illudque vti normam, regulam, & preæceptum præſupponere, F. quod doceat, & inſtruat quid agendum, quidue omittendum ſit, vt in hominibus prædictæ regulæ frequenter obtemperantibus huius virtutis habitus induci poſſit;

Ex quo neceſſariò ſequitur iuſtitiam iure ipſo poſteriorem eſſe, A. ſicut iniuſtitia eſt iniuria poſterior;

Iuſtum enim, vel iniuſtum non eſſet, nec homines iuſti, vel iniuſti dici poſſent, nec iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ habitus reperiretur, ſi ius aliquod non præceſſiſſet, quia nihil eſſet, cui parere vel non parere quis poſſet, iuxta illud D. Pauli B. Si non fuiſſet lex non fuiſſet peccatum.

Et licet Vlpianus C. dixerit ius à iuſtitia

CAP. 57. *Iuſtitia à iure dicatur vel e contra.*

E. *D. Thom. 22. q. 57. art. p. Dom. toto de iuſt. & iure lib. 3. q. 1. art. 2.*

F. *Zas in l. p. n. 5. & 6. d. iuſt. & iure.*

A. *Fran. Con. d. l. 1. cap. 2. n. 2. in fine. Donell. de Iure Ciuili lib. p. cap. 4. Vveſemb. de iuſt. & iure n. 14.*

B. *Ad Rom. c. 7.*

C. *In l. p. d. iuſt. & iure.*

iuſtitia appellari; id tamen fecit vel gratia facilioris doctrinæ, vel vt nonnullis placuit vulgariter loquēdo, conſiderans iuſtitiam vti virtutem legi naturali ſic ſemper coerere, vt propemodum ius à iuſtitia dici videatur; vel vt voluit Connan. & Vveſem. D. quia pro iure accepit iuris ſcientiam, quæ à iuſtitia pendet, & circa eius cognitionem verſatur quod patet ex definitione quam ſtatim refert, dum ait Ius eſt Ars boni, & ęqui quę definitio, iuriſprudentiæ, non iuri conuenit, vt de ſe patet, & idem Vveſemb. oſtendit.

D. d. c. 1. n. 3. de Iuſt. & iure n. 14.

Vel vt ego arbitror, quia iuris vòcè ius humanum, iuſtitię vocabulo naturalem legem intellexit, quaſi illud ſentire videretur, Humanum ius à naturali lege pendere, nec ius humanū dici poſſe quod à naturali ratione non deducatur E. vel per modum concluſionum ex naturę principijs vel ſaltem per arbitrarias legislatoris determinationes

E. D. Th. 1. 2. q. 93. art. 3. & q. 95. art. 2.

tiones

tiones, vt ſuprà vidimus, F. iuxta elegantem doctrinam Theologorum G. Qui ſenſus non diſcrepat à ſententia quorundam Germanorum qui voluerunt Vlpianum non humanam, ſed diuinam iuſtitiam definiuiſſe, cuius dicit Iuriſconſ. ſacerdotes appellari, quod de Humana dicere non potuiſſet.

F. *Sub cap. 9.*

G. *D. Th. p. 2. q. 95. art. 2. Dom. ſoto de iuſtitia & iure lib. 1. q. 5. ar. 2.*

Sed propria, & eminentiſſima iuris & iuſtitię ſignificatione, & proprietate ſpectata, non ius à iuſtitia, ſed à iure iuſtitia deſcendit, vt etiam ex noſtris plurimi voluerunt. H.

H. *Zas in l. p. n. 5. & 6. de iuſt. & iure Miſſ. n. in § p. n. 3. hoc tit. Connan. l. 1. c. 2. n. 2. in fine Vveſemb. d. ius. & iure n. 6.*

Conſtat igitur ex prę miſſis *iuſtitiam vel iniuſtitiam Habitum eſſe parendi vel non parendi iuri.*

CAP. 58.

Iuſtitia Quotuplex.

Verum quia teſte Ariſt. A. & D. Thoma B. ius tam diuinum, quàm Humanum & tam naturale, quam poſitiuum iubet viuere ſecundum rationem cuiuſcumque virtutis, & vetat viuere malo cuiuſcumq; vitij C. & non ſolum pręcipit, vt vnicuique reddatur ius ſuum, quod eſt

A. *d. c. p. & 2. ante fine.*

B. *1. 2. q. 93. ar. 6. & q. 94. art. 3. & q. 96. art. 3.*

C. *Ariſt. d. c. 2. ante fine.*

E 4 pro-

D. *Ariſt. d. c. p. circa medium.*

proprium iuſtitię, ſed etiam pręcipit D. ea gerere, quæ pertinent ad alias virtutes, puta ad virum fortem, vt non deſerere locũ in Acie, non fugere, non abijcere arma; itẽ ea, quæ ſunt temperantis, vt non committere adulterium, non libidinari; & etiam quę ſunt manſueti vt non ferire alium, non conuicia dicere, & in cæteris itidem virtutibus, atque vitijs, alia iubet alia vetat ad bonum commune reſpiciens, ad quod lex omnis principaliter ordinatur. E.

E. *D. Th. 1. 2. q. 90. art. 2.*

Ideo qui iuri, & legi obtemperat.

Duobus modis iuſtus.

Dici poteſt, & è contra, qui ei aduerſatur duobus itidem modis iniuſtus;

Ac proinde etiam Habitus, qui fit ex frequentatis actibus F. parẽdi, vel non parendi legibus, & ſic iuſtitia, vel iniuſtitia.

F. *Ariſt. 2. Ethic. c. p. & 2. & D. Th. 1. 2. q. 51. art. 2. in corp.*

DVPLEX.

Efficitur, prout reſultat ex actibus

bus vno vel altero reſpectu habitis; Nam qui priori reſpectu reddit vnicuique ius ſuum ob illius vti ſingularis perſonę vtilitatem, iuſtus erit iuſtitia Particulari, quæ eſt propria et a cæteris diſtincta virtus;

Qui verò legibus obtemperat poſteriori reſpectu, quia puta ius ſuum cuique reddat, vel alias quaſcumque virtutes exerceat, non ſingulorum intuitu, ſed ob commune bonum, iuſtus erit iuſtitia generali.

Quod procedit etiam ſi exerceat virtutes illas, quæ ordinant ad ſe ipſum, vt continentiam, temperantiam, & ſimilia, quæ proprios affectus tantùm moderãtur. A. — A. *D.Th.* 2. 2. *q.* 58. *ar.* 4. *ad.* 3.

Quia licet iuſtitia tam particularis quàm generalis, ſit ad alterum. B. — B. *D.Th. d. q.* 58. *art.* 2.

Tamen poteſt habere reſpectum ad ſe ipſum vti ad eiuſdẽ communitatis partem; cum quod libet bonum partis ordinari debeat ad bonum totius. C.

Ex hoc ergo legis, & obtempe- — C. *D.Th.d. q.* 58. *art.* 5.

rantis

D. D.Th.1. 2.q.1.ar.3. & q.54.ar. 1.& 2.2.q. 47. art.11. in corp.

rantis obiecto, a quo virtutes, & vitia diſtinguuntur; D. reſultat prima iuſtitiæ Diuiſio, nempe, vt

Alia ſit GENERALIS,
Alia PARTICVLARIS.

CAP. 59. De generali, ſeu legali iuſtitia.

DE GENERALI IVSTITIA

Quid ſit generalis IVSTITIA.

In hæc verba demonſtrari poteſt;

Iuſtitia generalis eſt habitus omnium virtutum ex legum præſcripto ad commune bonum.

Inde dicta generalis,

Non quia ſit veluti genus ad reliquas virtutes, ſed quia eſt collectio quædam virtutum omnium, E. & vt dicebat Heſiodus F.

E. D.Th.1. 2.q.58. art. 6. in corpore.

F. Relatus per Ariſt.d. c. p.

Iuſtitia in ſe ſe virtutes continet omnes.

Legalis ideo dicta.

Quia etiam ad legem pertinet ordinare in bonum commune, G. de omnibus quibuscumque diſponere omnia vitia cohibere, omniũ virtu-

G. Ariſt.d. c. p.anteme dium.

H. virtutum actus precipere, I. vt facit etiam hęc generalis iuſtitia.

Cum itaque eadem, quæ generalis iuſtitia exequitur, Lex ipſa pręcipiat, meritò etiam Legalis appellata eſt; quia quicquid à lege pręcipitur legale dici poteſt;

Per eam enim homo concordat legi ordinanti actus omnium virtutum in bonum commune, vt explicat D. Thom. k.

E contra verò vitium huic virtuti contrarium.

H. *D. Th.* 1 2. *q.* 50. *art.* 2.

I. *D. Th.* 1. 2. *q.* 96. *art.* 2.

k. *D. Th.* 1. 2. *q.* 58. *art.* 5. *in corpore ad finem.*

Generalis Iniuſtitia

Dici poteſt, cum non vitij pars ſit, ſed tota vitij latitudo, ſeu collectio omnium vitiorum A.

Et quia per eam quis legibus aduerſatur.

Legalis Iniuſtitia.

Eadem meritò appellari valet;

Proprium Generalis, vel Legalis Iuſtitiæ.

Eſt ordinare, & dirigere actus aliarum

A. *Ariſt. d. lib.* 5. *c.* 1. *in fine.*

CAP. 60. *De fine, & obiecto generalis Iuſt.*

aliarum virtutum ad ſuum finem, videlicet ad bonum commune, vt charitas ordinat actus omnium virtutum ad bonum Diuinum B. ex quo patet, quod.

B. D. Th. 2. 2. q. 58. art. 6.

CAP. 61. Generalis Iuſt. an ſit eadem cum alijs virtutibus.

Generalis Iuſtitia non eſt eadem cum alijs virtntibus,

Quia ſicut ſol tanquam cauſa vniuerſalis alterat & immutat corpora, quæ ab ipſo illuminantur ita hæc generalis, ſeu legalis iuſtitia, vt cauſa quædã vniuerſalis alterat, & immutat finem aliarum virtutũ, vt non intuitu boni particularis, ſed boni communis, quiſque agat.

Efficit enim vt temperans ſe à libidine abſtineat, non eo reſpectu ne incontinentem ſe præbeat, vel alium offendat: ſed ne commune bonum totius ciuitatis, cuius ille, vel alius pars eſſe dicitur, in aliquo perturbetur. C.

C. D. Th. 2. 2. q. 58. art. 5. & 6. in corpore 9.

Et in hoc potiſſimum differt, & per eſſentiam ab omni virtute, licet

D. licet ipſa à Philoſopho dicatur tota virtus. D. *D.Th.d. q.58.ar.6.*

Quia ſicut cauſa ſuperior influens in inferiorē, & cum ea operans, non eſt eadem cum ipſa inferiori, vt ſol non eſt idem cum igne E. & charitas, quæ reſpicit bonum diuinum vt proprium obiectum, & ordinat actus omnium virtutum ad Deum, non eſt eadem cum illis, ſed quædam ſpecialis virtus ſecūdum ſuam eſſentiam F. ita iuſtitia hæc generalis vim quandam infundens in alias virtutes, & cum eis operans ad bonum commune, non dicitur cum illis eadem ſed ſpecialis eſt virtus, vt eleganter demonſtrat D. Thom. G. & cæteri poſt eum.

E. *D.Th.d. q.58.ar.6. ſoto d.Iuſt. & Iure lib. 3.q.2.ar.5. concluſ.2.*

F. *D.Th.d. ar.6. in corpore P. Molin. de Iuſt. & iure tract. p. diſp. p.col. 2. in princ.*

G. *d.ar.6.*

Ex eo autem dicitur tota virtus ſecundum Ariſt. H. & eadem cum omni virtute, vt refert D. Th. I.

H. *lib. 5. Ethic.cap. 1.*

I. *d. q.58. art. 6.*

Quia vnaquæque virtutum conſiderata, vt à iuſtitia generali, vel legali imperatur poteſt denominationem ſuſcipere, vt generalis & legalis

legalis dicatur: Quemadmodum omnis virtus ſecundum rationem, quam à charitate imperatur, teſte Dominico ſoto, k. charitas quodammodo dici poteſt; & quia.

k. d. lib. 3. q. 2. art. 5. cõclus. 4.

CAP. 62. Generalis Iuſt. in principe & Legiſlatore Architectonicè recidet.

Generalis Iuſtitia in Principe, & Legiſlatore Architectonicè reſidet. L.

Et ab eis potiſſimum intenditur, qui omnia ad commune bonum, ex quo vniuerſi populi fælicitas contingit, diſponere debent non à ſubditis, quibus ſufficit, ſi legibus obtemperent, nec refert qua intẽtione an ob ſingulorom commodum, an ob commune bonum, cũ illud vtroque caſu nihilominus ſequatur, & adamuſſim eadẽ Principis, & legiſlatoris intentio impleatur: propterea.

L. D. Th. d. q. 58. art. 6. in corp. & in fine queſt. vers. & ſic eſt in principe Domi. ſoto d. lib. 3. q. 2. ar. 5. conl. 3.

CAP. 63. Generalis Iuſt. non eſt I. C. obiectum.

Generalis Iuſtitia non eſt I. C. obiectum.

Nec de ea à iuriſperitis agitur, nec illa ab Vlp. definitur, cum eorum

rum munus ſit ſubditos tãtùm inſtruere in legum obſeruãtiam, nec curatur, qua intentione idagant, vt dictum eſt, & hæc quoad generalem iuſtitiam.

DE PARTICVLARI IVSTITIA

CAP. 64. *De Particulari iuſtitia.*

Nunc ſequitur, vt agamus, & ante omnia inueſtigemus.

QVID SIT

Iuſtitia enim *Particularis* ſecundum Ariſt. A. *eſt Habitus electiuus reddendi vnicuique ius ſuum, vt ſingulari perſonæ ob ſolam honeſtatem:* vel ſecundum D. Th. B. *eſt Habitus ſecundùm quem aliquis conſtanti, & perpetua voluntate ius ſuum vnicuique tribuit:* Sed clarius ſecundum vlpianũC. & Iuſtinianũ D. definitur, vt *Iuſtitia ſit conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens.*

Per hæc enim verba particularem iuſtitiam definiri volunt communiter omnes, E. eamque eleganter declarat Conanius F. & ab obiectionibus

A. 5. *Ethic. cap.* 1. *col.* 2.

B. *d. q.* 58. *ar. p.*

C. *in l. p. d. Iuſt. & iure*

D. *in* §. *p. inſt. eod. tit.*

E. *Aug. d. Clauas. in ſua ſumma verbo iuſtitia Myſſ. in d.* §. *p. n.* 9.

F. *li. p. cap.* 15.

ctionibus

ctionibus Agricolæ & aliorum defendit Angel. Mattheacc. in ſuo commentario de viá,& ratione iuris. G.

G. li. p. cap. 15. per totum.

PARTICVLARIS INDE DICTA.

CAP. 65. De obiecto particularis Iuſtitiæ.

Eſt, quia pars eſt præcedẽtis generalis iuſtitiæ: Illa enim vt diximus, verſatur circa omnes virtutes quatenus à lege præcipiuntur, & ſic in commune bonum: Hæc verò circa vnam tantùm ex eis,quę in æqualitate conſiſtit, & in diſtribuendo vnicuique ſuum.

Proprium enim Particularis Iuſtitiæ.

H. d. l. p. d. Iuſt. & Iu. D. Th. d. q. 58. art. 2.

Eſt vt vnicuique ſuum reddat, vel diſtribuat H. nullo habito reſpectu ad legem id iubentem, nec ad commune bonum per ſe, ſed ad ipſam æqualitatem, & quia id efficere honeſtum eſt, & ſic ad ſingulorum vtilitatem. I.

I. D. Th. d. q. 58. art. 7. in corpore quæſt.

Hæc enim iuſtitia rectas efficit externas hominum actiones,&res, quæ

quæ in vſum hominum veniunt, quatenus vnus homo ordinatur ad alterum. k.

k. *idem d. Th.d.q. 58. art. 8.*

Particularis Iniuſtitia.

E contrà erit, *habitus electiuus non reddendi alteri, præſertim vt ſingulari perſonæ ius ſuum, & appetendi plus emolumenti, & minus damni, quàm ſibi debeatur, nullo ſimili habito reſpectu ad legis aliter præcipientis tranſgreſsionem*. Et ideò.

Proprium particularis Iniuſtitiæ.

Eſt, vt reddat plus vel minus alicui, quàm ei debeatur non vt legi aduerſetur, ſed quia illius pluris vel minoris ſit appetitor:

Per hanc enim deformantur externæ hominum actiones, & res, quæ in vſum hominum veniunt, quatenus vnus homo ordinatur ad alterum. A.

A. *D.Th.d. q.58.art. 8.*

Ex his colliguntur.

CAP. 66. De Diſcrimine generalis, & particularis iuſtitiæ.

Differentiæ inter Generalem, & Particularem Iuſtitiam.

Quia illa verſatur circa omnes virtutes, ac proinde rectas efficit etiam eas, quæ ſunt ad ſe ipſum, & ſic internos animi affectus, vt ſupra diximus.

Hæc autem verſatur tantũ circa ea, quæ ſpecialiter pertinent ad commutationem vitæ, B. & ſic dirigit tantùm actiones externas.

B. Ariſt. d. lib. 5. cap. 2. & D. Th. d. q. 58. ar. 8.

Illa reſpicit obtemperantiam legis, ac proinde commune bonum.

Hæc verò ipſam datorum, & acceptorum ęqualitatem, ac proinde ſingulorum commodum.

Illa eſt aggregatio quędam omnium virtutum, eas dirigens ad commune bonum. vt diximus.

Hæc verò eſt vna ex illis virtutibus quę licèt ſui natura dirigatur ad bonum priuatum imperata tamen ab illa dirigitur ad bonum commune, & fit Generalis. Et hinc patet.

Neceſſi-

Neceſſitas Particularis Iuſtitiæ.

CAP. 67. De neceſſitate particularis iuſtitiæ.

Quia cum illa Generalis Iuſtitia non ſit eſſentialiter omnis virtus, nec illa ſola ſufficiat, quoniaam nec omnia præcipit, nec omnia vetat, ſed de omnibus aliqua, eaque potiſſimum quæ ad pacem,& concordiam ciuium facere ſolent, & ſic quæ reſpiciunt commune bonum: ideò oportuit, præter eam, quæ ordinat hominem immediatè ad commune bonum,eſſe alias virtutes, quæ abſque legum præſcripto efficerent, vt homines cum hominibus priuatam vitam degentes, virtutum opera ederent à vitijs, & iniurijs abſtinentes.

Et quia hæc ordinatio fieri potuit vel ad ſe ipſum vel ad alteram ſingularem perſonam.

Ideò ſicut præter iuſtitiam legalem oportuit eſſe aliquas virtutes particulares, quæ ordinarent homines in ſe ipſo puta Temperantiam,

tiam, fortitudinem, manſuetudinem: Ita etiam præter iuſtitiam legalem oportuit eſſe particularem quandam iuſtitiam, quæ ordinaret hominem circa ea, quæ ſunt ad alterum præſertim priuatam perſonam, vt eſt iuſtitia hæc Particularis.

CAP. 68. De diuiſione particularis iuſtitiæ.

Verum quia ſingularis perſona, cui per habitum particularis iuſtitiæ ius ſuum redditur duobus modis refertur ad alterum, nempè vel vt pars ad partem, & ſic vna ſingularis perſona ad aliam.

Vel vt pars ad totum, & ſic priuatus quilibet ad ſuam communitatem.

Et hoc caſu, vt ſciatur qua quiſque in ea partem habeat: Aliquādo habetur ratio ad rem, vel operam quam in eadem communitate poſuit, non ad perſonarum conditionem, vel qualitatem; Aliquando habetur reſpectus ad qualitatem perſonarum, nulla rerum æſtimatione habita; Aliquando vtrumque reſpicitur, & res, vel opera in commu-

communitate poſita, & perſonarum qualitas perpenditur:

Propterea ex reſpectu qui adhibetur; & modo, qui ſeruatur in reddendo vnicuique ſuum, & ſic ex accidenti.

Iuſtitia Particularis duplex Efficitur.

Altera, in qua habetur Ratio Rei ad rem non ad perſonam ſiuè reddatur ius inter priuatos ad inuicem vt inter partem, & partem: Siuè inter priuatos & communitatem ipſam, vt inter partem & totum ex quadam inter eos inuicem facta rerum commutatione, & hęc COMMVTATIVA dicitur: Altera, in qua habetur ratio Rei ad perſonam non ad rem: vel ſi ad rem ſimul etiam & ad perſonam, dum quæ ſunt communitatis inter ſingulos de ea diſtribuuntur iuxta ſingulorum merita & hæc appellatur DISTRIBVTIVA.

Et licèt hæc etiam Diſtributiua

iuſtitia, ſi eius naturam ſubtilius perpendamus, videatur eſſe ſimpliciter æqualitas datorum & acceptoruuı, & ſemper ſupponat in ijs, quibus fit diſtributio, merita erga Rempubicem, ſi non præſentia, certè præterita, vel futura; præterita, vt quando nobilibus plura tribuuntur, quia habetur ratio ad merita maiorum: futura, vt quando Reſpub. Ciuibus ſuis, vt Ducibus, alijſque, viribus, opibus, vel virtute inſignibus, à quibus plura ſe conſecuturam confidit, plura confert, quaſi, ſub ſpe futuri ſeruitij, anticipata ſtipendia.

Quia alias ceſſantibus omnino meritis, ceſſaret debitum, & quod daretur, non ex iuſtitia, ſed ex mera liberalitate manaret.

Tamen particularem iuſtitiam partiendo, ideo diximus in diſtributiua haberi reſpectum Rei ad perſonam, non Rei ad Rem;

Quia in ea non attenduntur merita ſolum præſentia, pro quibus

fit diſtributio, ſed præterita etiam, vel futura, & multoties alienaquæ non conſiderantur amplius, vt res, nec vt de genere meritorum, ſed vt qualitas iam perſonæ adhęrens, quæ eius conditionem digniorem effecit, & ſatis perpenſa dicuntur, dum iuxta perſonarum qualitatem fit diſtributio quod nihil eſt aliud, quàm earumdem perſonarum merita perpendere; & hoc pacto magis diſtincte proceditur, & Ariſt. & D. Th. ac aliorum probata diſtinctio à Buridani obiectionibus defenditur; eſt enim veriſſima diſtinctio Particularis iuſtitiæ in COMMVTATIVAM, & DISTRIBVTIVAM de quibus ſigillatim agẽdum eſt, & prius.

DE COMMVTATIVA IVSTITIA.

CAP. 69. De commutatiua iuſtitia.

Hæc vt vox ipſa demonſtrat.

Inde dicta.

Eſt, quaſi commutationẽ quandam contineat ita vt ad eiuſdem commutationis perfectionem, hæc

commutatiua iuſtitia requiratur: Nam vt diximus, hęc reddit ſingulis, quæ cuique debentur ex quadam inter eos facta commutatione, vt contingit in emptione, & venditione, in qua res cum precio commutatur, A. & ideo ad eiuſdē commutationis perfectionem re ipſa tradita deſideratur conuenti precij ſolutio & ſoluto precio requiritnr eiuſdem rei venditæ traditio B. & quia in commutationibus, vt patet exemplo proximè relato, redditur aliquid alicui ſingulari perſonæ propter rem eius, quæ accepta eſt, vt alius tantumdem accipiat, nulla habita ratione perſonarum conditionis, cum nihil referat an probus prauo, an praüus probo detraxerit C. ſed habito tantum reſpectu ad rem ipſam, ut fiat adæquatio Rei ad Rem, uidelicet, ut quantò iſte plus habet, quàm ſuum ſit de eo, quod eſt alterius, tantundem reſtituat ei, cuius eſt ideo in hac commutatiua

A. *l. p. de rerum permut.*

B. *l. p. cum ſuis §. §. ff. de act. empti.*

C. *Ariſt. 5. Ethic. ca. 4.*

iuſti-

iuſtitia non accipitur medium ſecundum proportionem rerum ad perſonas, vt in Diſtributiua, ſed ſecundum æqualitatem Rei ad Rem, & ſic.

Medium commutatiuæ iuſtitiæ.

CAP. 70. De Medio commutatiuæ Iuſt.

In Arithmetica AEqualitate conſiſtit,

Quæ attenditur ſecundum partem quantitatis exceſſus ſicut quinque eſt medium inter ſex, & quatuor quia vnitas excedit, & exceditur.

Si ergo à principio vterq; habebat quinque, & alter eorum accepit vnum de eo, quod erat alterius; ille, qui accepit, habebit ſex, alteri verò relinquetur quatuor: erit itaque iuſtitia ſi vterque reducatur ad medium, vt accipiatur vnum ab eo, qui habet ſex, & detur ei, qui habet quatuor, ſic enim vterque eorum habebit quinque quod eſt medium. A.

A. *Ariſt. 5. Ethic. ca. 3. D. Th. 2. 2. q. 61. art. 1. in corpore rerum ſed in commutationib.*

Et hoc eſt verum tam in commuta-

mutationibus voluntarijs, quæ ſci-licet ex libera hominum voluntate fiunt, cuiuſmodi ſunt venditiones, locationes Donationes, Mutui, commodati, Depoſiti, & Pignoris dationes, & ſimiles.

Quàm in commutationibus in voluntarijs quæ altero inuito fiunt: Tum occultis, vt in furto, dum quis rem alterius clàm ſubripit. Tum manifeſtis, vt in Rapina, dum per violentiam quis rapit B.

B. Ariſt. d. c. 2. in fine D. Th. d. q. 61. ar. 2.

In omnibus enim hiſce caſibus, & alijs, qui ſub commutatione cõſiderari poſſunt, locum habet commutatiua iuſtitia, vt quanto quis plus habet quàm ſuum ſit, de eo, quod eſt alterius, tantumdem reſtituant ei, cuius eſt, & ſic ex vnius lucro, damnum exinde contingens, alteri reſarciatur.

CAP. 71. Inter quos locum habeat commutatiua Iuſt.

Et hæc licèt frequentius verſetur inter priuatos ad inuicem, & ſic inter partes Rei pub.

Cadit tamen aliquãdo etiam inter Rem pub. & priuatos ciues, quo-

quotieſcumque inter eoſdem conſiderari poteſt aliqua commutatio, vt puta ſi priuatus aliquis communitati ſuæ vel pecuniam mutuo dederit, vel rem aliquam vendiderit, vel pro mercede operas ſuas locauerit, vel quod quid ſimile fecerit: in his enim Princeps, & Reſpub. fungitur vice priuati, & ex hac cõmutatiua iuſtitia tenetur Mutuāti tantumdem reſtituere, vendenti precium, & Locanti operas ſuas mercedem ſoluere, & alia facere, vt cæteri priuati homines.

Immo quod magis eſt hæc eadem commutatiua iuſtitia ſeruatur aliquando inter priuatos, & ipſam Rempub. etiam dum conſideratur vt Reſpub. eſt, quod contingit, cũ aliquis magnum aliquod & egregium facinus pro Repub. geſſerit, & de ea adeo benè meritus ſit, vt eidem premium pro remuneratione ſtatui honeſtum videatur.

Hæc enim remuneratio, quę à Repub. fit etiam erga ſibi ſubiectos

ob

ob egregiam nauatam operam, & ita de ſe bene meritos, ex hac commutatiua iuſtitia prouenit; & hæc ſeruanda eſt, quatenus perpendendę, ſunt res geſtæ in gratiam Reipub. vt æqualis, & ex proportione eiſdem operibus ſtatuatur remuneratio: In hoc enim vt de ſe patet habetur ratio Rei ad Rem, id eſt operis pro Repub. patrati ad premium ſtatuendum, licèt vt dicemus in vltimo capite, quatenus hoc eodem caſu debet etiam haberi reſpectus ad perſonam benè merentis, Diſtributiua quoque iuſtitia ſeruāda ſit, & ſic mixtura quædam vtriuſque tum Commutatiuæ, tum Diſtributiuæ iuſtitiæ.

CAP. 72. Commutatiua Iuſt. locum habet, etiam vbi in diſtribuendo habetur ratio partis ad totum.

Dico vlterius, hanc commutatiuam iuſtitiam locum habere, vt ſupra indicaui, etiam quando, in tribuendo vnicuique ius ſuum, habenda eſt ratio partis ad totum, vt ſi agatur de Diuiſione lucri, vel damni alicuius ſocietatis inter plures pro inæqualibus partibus initæ

ſuper

ſuper aliqua negotiatione; vt quia tota ſors vnius ſortem alterius excedat puta in duplo: & rurſus, ſi plures ſint ſocij, ſors tertij in aliquo ſimiliter excedat ſortem aliorum, quia puta vnus quatuor, alius duo, tertius verò vnum tantum in ſocietate poſuerit; Nam lucrum & damnum, ex eadem ſocietate contingens inter eos erit diuidendum ex hac eadem commutatiua iuſtitia, cum habeatur reſpectus Rei ad Rem, non ad perſonam.

Quia tamen hæc diuiſio inter eos fieri debeat iuxta proportionem ſortis, ſeu capitalis, vt qui maius capitale poſuit, tanto maius lucrum& damnū conſequatur quanto capitale illius aliorum capitale excedit. A. *CAP. 73. De commutatiua Iuſt. habente effigiem diſtributiuæ.*

A. l. ſi non fuerit 29. ff. pro ſocio.

Ideo in hoc caſu & in hac diſtributione commutatiua iuſtitia habet effigiem diſtributiuæ cum non æqualiter fiat, ſed ſecundum proportionem & habeatur reſpectus ad maiorem, vel minorem ſortem,

quam

qnam quis habet in eadem ſocietate & communione, quod dicemus ſeruari & eſſe proprium Diſtributiuæ iuſtitiæ.

Cum tamen veriſſimum ſit hanc diſtributionem inter ſocios diſparis ſortis ſeu capitalis eſſe propriã, & meram commutatiuam iuſtitiam, non autem Diſteibutiuam.

Nulla enim hic habetur ratio Rei ad perſonam ſed tantùm Rei ad Rem, ſcilicet ad maius, vel minus capitale; quare vt inter ſocios vera ſeruetur æqualitas, ipſa commutatiua iuſtitia ex poſtulat, vt inter eos inæqualis fiat diſtributio; ſic enim fiet, vt iuxta capitale à ſe poſitum, commodum, vel incommodum ſentiat.

Idem omnino dicendum puto ſi plures alicuius negociationis ſocietatem contraxerint, æqualiter vel inæqualiter ab ijs capitali poſito, eorum tamen magis vnus quàm alius in ea negociatione verſatus ſit, & maius illi emolumentum attulerit,

tulerit, quia in diuiſione lucri, vel damni, licèt vltra capitale debeat haberi reſpectus ad ſociorum perſonam, vt magis induſtrius, & magis in negociatione verſatus plus lucri & plus damni ſentiat, & videatur haberi ratio Rei ad perſonam, vt in Diſtributiua iuſtitia.

Tamen hæc eadem commutatiua attendi debeat quia maior vel minor opera, vel induſtria ſociorum pro re conſideratur, & pro ſorte ſeu capitali reputatur. A. Et propterea dum operę, vel induſtriæ eorum habetur ratio, parum refert, an qui plus operatus eſt, ſit probus, vel improbus, nobilis aut vilis, Diues, vel pauper, qui reſpectus habentur in diſtributiua iuſtitia: ſed ſufficit, ſi, qualiſcumque ſit, ſocietati ſua opera, vel induſtria plus compendij, & vtilitatis contulerit.

A. l. ſi non fuerit 29. & l. quid n. 81. ff. pro ſocio.

Quod puto verum non ſolum quando ab initio contractæ ſocietatis, opera, vel induſtria vnius ex

ſocijs

ſocijs ęſtimata fuerit,quo caſu certiſſimum eſt, vel augere, vel conſtituere capitale, & ſortem: ſed etiam ſi fuerit ſimpliciter inita, nec conuentum quanti alterius opera æſtimari debeat; Quia adhuc pro capitali, vel ęius incremento reputabitur iuxta boni viri arbitrium, cum licèt æſtimata non ſit, ſit tamen ęſtimabilis.

Et idem confirmatur,quia ſi eodem caſu diuiſio fieret ex diſtributiua iuſtitia, ille, qui pro ſocietate in lucri gratiam plus operatus eſt, maius lucrum, & minus damnum conſequi deberet, ſi aliquo puta fortuito caſu negociatio ipſa iacturam feciſſet:quia hoc eſt proprium diſtributiuæ iuſtitię, vt qui de Republica melius meritus eſt, plus commodi, & honoris, & minus incommodi, & oneris conſequatur, vt infra dicemus.

Cum tamen ſocietate ſimpliciter inita, vt ſupra, certi iuris ſit, lucrum & damnum inuicem ex proportione

por-

portione reſpondere, vt quis tantum damni ſentiat, quantum lucri ſenſiſſet, ſi negociatio ſuperlucrata eſſet. A. A. *S. illud Inſt. de ſocietate.*

Niſi aliter expreſsè ſit actum B. quo caſu lucri, & damni diuerſitas ex conuentione magis, quàm ex ſocietate prodiret; Ex his ergo quę dicta ſunt, facilè patet.

Quid ſit commutatiua Iuſtitia,

CAP. 74. Definitio Commut. Iuſt.

Eſt enim *Habitus electiuus, vel conſtans & perpetua voluntas vnicuique tribuendi quod ei ex ſuo dato, vel facto, eius habita ratione debetur.*

Et hæc quoad commutatiuam iuſtitiam. Nunc. *CAP. 75. De Diſtribut. Iuſt.*

DE DISTRIBVTIVA IVSTITIA,

Quæ vt facile patet ex ipſius vocis ſono.

Inde dicta.

Eſt, quia diſtribuit inter partes,

quæ ſunt communitatis, vt totius.

Sed quia totum non influit, nec diſtribuit vim ſuam partibus ęqualitèr nec æqualiter ab illis idem exigit ſed vtrumque facit ex proportione magis vni, quàm alteri, & magis ab vna quam ab altera, ſecundum quod vna vel altera pars habet in eo toto maiorem, vel minorem ſortem, A. vt patet in humano corpore, quod maiorē vim brachio communicat, quàm Auri, & plus à brachio exigit, quàm ab Aure, quia brachium maiorem, Auris minorē in corpore humano partem obtinet.

A. D. Th. 22. q. 61. art. 2. in corp. quæſt.

Ideo hæc Diſtributiua Iuſtitia non ſingulis de vniuerſitate idem æqualiter diſtribuit, nec idem ab ijſdem exigit æqualiter in caſu indigentiæ, & quo opus ſibi viſum fuerit: ſed vni plus, quàm alteri confert: & ab vno plus, quàm ab altero capit iuxta vniuſcuiuſque conditionem & ſecundum quod quiſque in ea communitate maio-

rem,

rem, vel minorem dignitatem &, præcipuum ius habet. B.

B. *D. Th. d.q.61.art. 2.*

Quia tamen dignitatem, & prærogatiuam non eandem omnes inquiunt eſſe: Sed Optimates in cõmunitate: Ariſtocratia virtutem. Pauci potentes in Oligarchia opulentiam: Populares verò in Democratia libertatem. C.

C. *Ariſt. 5. Ethic. c. 3. poſt princ. D. Th. 2. 2. q. 61. art. 2. in corp.*

Ideò in Ariſtocratia plus virtute præditis, in Oligarchia plus Diuitibus, & Nobilibus, in Democratia plus Popularibus tribuitur, quàm cæteris, D. Et ideo in diſtributiua iuſtitia non accipitur medium ſecundum ęqualitatem Rei ad Rem, ſed ſecundum proportionem rerum ad perſonas, vt ſicut vna perſona in aliqua communitate excedit aliam; ita etiam res eiuſdem communitatis inter ſingulos diuidenda quæ datur vni perſonæ, debet excedere eam, quæ datur alij: vt propterea dixerit Ariſt. E.

D. *Ariſt. & D.Th. locis, ſupra citatis.*

E. *d. c. 3.*

CAP. 76. De Medio Diſtribut. Iuſt.

MEDIVM DISTRIBVtiuæ Iuſtitiæ.

Secundum Geometricam proportionem conſiſtere.

In qua attenditur æquale non ſecundum quantitatem ſed ſecundum proportionem, vt ſi dicamus: ſicut ſe habent ſex ad quatuor, ita ſe habent tria ad duo, quia vtrobique eſt ſexquialtera proportio, in qua maior quantitas minorem excedit dimidia illius Hæc eadẽ proportio obſeruatur in hac Diſtributiua iuſtitia, vt non ſingulis idem ſecundum quantitatem diſtribuatur; ſed ſecundum proportionem, & ſecundum maiorem vel minorem in communitate dignitatem, & partem. Ita vt ſi duo alter ignarus, alter virtute præditus ſint ciues in aliqua Repub; vbi virtus magni fiat, non erit, quod redundat,eodem modo & quantitate inter eos diſtribuendum, ſed tanto

plus

plus vni, quàm alteri dandum erit, quanto ille virtute, & alijs conditionibus alterum excellit.

Vt ſi vnus in ea communitate 12. æſtimetur, alter verò 6. iuſta erit diſtributio, ſi vni 8. alteri 4. dentur, cum eadem ſit dupla proportio inter quatuor, & octo, quæ eſt inter ſex & duodecim.

Hæc autem vniuſcuiuſque virtutis æſtimatio eſt executione difficillima, quia quiſque pluris ſe facit, quàm iuſtum & ęquum ſit, & maiori in precio habet propriam virtutem, quàm aliorum.

Et ideo hinc pugnæ naſcuntur, incuſationes, & quærelæ dicentium, ſe ęquos non æqua habere, nec pro dignitate diſtributiones factas eſſe.

Et hoc innuit vetus Adagium.

Magiſtratus virum oſtendit.

Quaſi velit illum probè virum, id eſt, virtute præditum dici poſſe; qui optimè callet Magiſtratum, ſcilicet diſtributiuam, iuſtitiã, quæ

ad Magiſtratum ſpectat, rectè exercere, & æquam illam proportionem ſine ſubditorum quærimonijs inuenire.

CAP. 77. *Quot termini ſint neceſſarij, ad Diſtribut. Iuſt.*

Ex his facilè patet, quod in hac Diſtributiua iuſtitia. Quatuor termini ſunt neceſſarij, vel tres vt minimum, vno bis aſſumpto, Nempe duę perſonę, quibus diſtributio fieri debeat ob eorum merita, & due res, ſeu præmia, quæ diſtribuantur.

Exemplum quatuor terminorum.

Sit puta, ſi duo ſint Ciues diuerſæ conditionis, inter quos bona communitatis ſuperabundãtia ſint diſtribuenda, non idem prę̨mium conſequentur iſti, ſed tanto plus ciui digniori, quàm vili tribuendum, quanto dignioris conditio alterius conditionem præcellit, vt ſupra diximus.

Ecce quatuor termini, qui per duas perſonas, & duas res conſtituun-

Digitized by Google

tuuntur ecce duę perſonę Dignior, & Vilis; ecce etiam duo Præmia Maius & minus.

Exemplum Trium terminorum vno bis aſſumpto eſſe poteſt; ſi puta duo ſint priuati ciues eiuſdem conditionis, & aliquid communitatis, quod redundet, inter ciues ſit diſtribuendum, duobus illis æqualis fiet diſtributio.

Hic enim ſunt duo ciues, & vna tantũ quantitas diſtributa, bis tamen in ambobus aſſumpta.

Hæc eadem proportio, quam ſeruandum diximus in præmijs diſtribuendis, adhibenda eſt etiam in diſtribuendis oneribus, collectis & alijs pro indigentia Reipublicę, vt vni pluris, alteri minoris fiat diſtributio, & impoſitio iuxta vniuſcuiuſque conditionem & habito reſpectu, quę communitas illa ſit, An optimatum, An Potentum, An Popularium & quam partem in ea quis obtineat vt ſupra diximus.

Ita tamen vt ſemper ab eo plus

exigatur, qui ea re magis abundat, qua Reſpub. opus habet, imponendo puta eruditioribus maiorem curam regendi Remp. & eius Magiſtratus, Ditioribus grauiorem collectam, vilioribus verò longiores, & frequentiores excubias & alia huius generis;

Ex his ergo quæ dicta ſunt, facile innoteſcit.

CAP. 78. Definitio Diſtribut. Iuſt.

Quid ſit Iuſtitia Diſtributiua.

Eſt enim Habitus electiuus, ſeu conſtans, & perpetua voluntas diſtribuendi ſingulis commoda & incommoda ciuitatis iuxta vnius cuiuſque in ea conditionem.

Patet etiam quod ſit huius.

Diſtributiuæ Iuſtitiæ Proprium.

Eſt enim diſtribuere ſingulis, vt partibus, quæ ſunt communitatis, vt totius nulla habita ratione principaliter rei, quæ diſtribuitur, ad

rem,

rem, propter quã diſtribuitur; ſed rei,quę datur ad perſonam,cui datur; vt quomagis de toto quis participat, eò magis ab eodẽ toto cõmodum, vel incommodum ſentiat iuxta eius conditionẽ, vt dictũ eſt.

Et quia vltra prædicta caſus eſt ſatis frequens, qui verſatur circa compenſados bene meritos de Republica, & de nobis metipſis; Propterea neceſſe eſt declarare, quæ ratio in hac re adhibenda, & ſeruanda ſit.

Et quia in hoc vtraque mixtim ſeruanda eſt, opus eſt ideo, vt agamus.

De Iuſt. Miſta ex Commut. & Diſtributiua.

De qua nemo hucuſque locutus eſt, ſolum aliqui de Iuſtitia *Armonioſa* egerunt, quæ cum hac Miſta aliquam ſimilitudinem habet. *CAP. 79. De Iuſt. Miſta ex Commut. & Diſtribut.*

In remunerando enim de Repub. & de nobis bene meritos ſeruatur primo.

Com-

Commutatiua Iuſtitia, licèt habens faciem diſtributiuæ, dum diligenter perpenditur, quid ſinguli pro Repub. vel pro nobis fecerint, vt ijſdem iuſta & proportione reſpondens remuneratio fiat.

In hoc enim vt patet, habetur ratio rei ad rem, nimirum beneficij ad ipſum præmium, quod ſupra docuimus eſſe medium commutatiuæ.

Quoniam ſi duo vel plures viriliter pro Patria pugnauerint, & vnus aduerſi Ducis, alius priuati militis ſpolia reportauerit; hi, licèt paris conditionis, non ęquè remunerandi ſunt, ſed eò magis ille, quam, quò Ducis conditio priuati Militis conditionem excedit.

Idem omnino dicendum eſt in priuato quolibet homine Amicos ſuos de ſe benè meritos remunerare volente, quia gratitudinis ratio expoſtulat, vt perpenſis beneficijs acceptis, ex proportione ſingulis merce-

mercedem tribuat; Id tamen deſcendit ex principijs Commutatiuæ Iuſtitiæ cum habeatur ratio Rei ad Rem, dum Beneficium remunerandum perpenditur.

Quia tamen non eodem præmio Beneficia rependuntur, ſed vel magis, vel minus pro eorum magnitudine, vt dictum eſt.

Propterea dicitur hoc caſu hanc Commutatiuam iuſtitiam habere effigiem Diſtributiuæ: ita vt multi eam Diſtributiuam eſſe crediderint, & exemplum ſupra relatum de Duobus Militibus aduerſi Ducis, & alterius priuati Militis ſpolia reportantibus; ad eandem Diſtributiuam Iuſtitiam retulerint, & malè, vt fecit Alex. Piccolomineus in ſeptimo ſuorum Moralium. A.

A. Cap. 3. verſ. Dico adunque.

Seruatur etiam Diſtributiua iuſtitia, Quia in hac meritorum compenſatione, non ſolum eadem merita conſideranda ſunt: ſed etiam bene merentium conditio, & qualitas;

meritum , & conditionem pluris facit, quàm alterius.

Et facta prædictorum iunctione poteſt aliquando contingere , vt Perſona vilis maius conferat beneficium, quàm dignior , vt ſi priuatus Miles aduerſi Ducis ſpolia, dux verò priuati Militis pugnando reportauerint & in hoc conſiſtit viri prudentis arbitrium , in ſtatuendo cuique præmium & beneficio, & conditioni perſonæ conueniens abſque ſubditorum querimonijs.

Et hæc dixiſſe placuit pro præuia quadam Iuris , & Iuſtitiæ cognitione in gratiam eorum , qui ad Iuris prudentiam incumbere cogitant , ne primis principijs ignoratis , vel non rectè perceptis, in maximos labantur errores.

FINIS.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google